This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

KF
25271
NEDL TRANSFER
HN 4SLD K

Digitized by Google

KF 25271

Harvard College Library

PERSIUS COLLECTION

GIFT OF

MORRIS HICKY MORGAN

(Class of 1881)

PROFESSOR OF CLASSICAL PHILOLOGY

JANUARY, 1910

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Lp15.65.2

Digitized by Google

No. 119

No. 654

*654. TÖRNEBLADH, Upsala, 1854.

Satiræ Auli Persii Flacci. In Suethicum [*verse*] convertit et prooemio annotationibusque instruxit Henricus Ragnar Törnebladh Phil. Mag. Upsaliæ C. A. Leffler, Reg. Acad. Typographus. MDCCCLIV. 8°. f. (1) + pp. 74. *M, BM.*

The Latin text faces the translation.

Digitized by Google

SATIRÆ AULI PERSII FLACCI.

IN SVETHICUM CONVERTIT

ET PROOEMIO ANNOTATIONIBUSQUE

INSTRUXIT

HENRICUS RAGNAR TÖRNEBLADH
PHIL. MAG.

UPSALIÆ
C. A. LEFFLER, REG. ACAD. TYPOGRAPHUS.
MDCCCLIV.

Digitized by Google

KF 25271
~~Lp15.65.2~~
1910/42

Harvard College Library
Gift of
Morris H. Morgan
Jan. 1, 1910

BOUND MAY 14 1914

Digitized by Google

PROOEMIUM.

Constat Romanos ceteram quidem poësim Græcis acceptam referre, Satiram non item. Hanc enim totam esse Romanorum jam Horatius [1]), atque Quinctilianus [2]), auctores satis locupletes affirmarunt; et qui cum Satyricis Græcorum fabulis comparatam eam voluerunt [3]), eorum opiniones jam refutatæ sunt. Investigantibus autem nobis originem Satiræ apud Romanos, didacticam, quam vocant, Satiram a Saturis illis, quas commemorat Livius [4]), originem duxisse verisimile videtur esse [5]). Primus Satiram, quæ legeretur, non quæ ageretur, scripsit Ennius. Hunc consecutus Lucilius Satiram perfecit, in eaque teste Quinctiliano [6]) primus insignem laudem adeptus est; ab Horatio inventor [7]) Satiræ vocatur, quod ita est intelligendum, ut Lucilium dicat Horatius quasi alterum Satiræ esse parentem. Qui post ætatem Lucilii inter Satiricos poëtas potissimum nominentur, digni sunt Horatius, Persius, Juvenalis. Nam Varro

1) Sat. I. 10, 66.

2) Quinct. de Instit. Orat. Lib. I. Cap. I. (Ed. Bipont.)

3) Ut Heinsius, Vulpius apud Casaubonum in libro II de Satyrica Græcorum poësi et Romanorum satira Ed. Rambach Halæ 1774, quem adeas una cum Spanhemii de Juliani Cæsaribus, deque scriptis veterum satyricis universe dissertatione, quam libro Casaub. adjunxit Rambach; in hac enim dissertatione subtiliter et copiose de differentia inter Satyricas Græcorum fabulas et Romanorum satiras disputatur.

4) Hist. Libri VII 2.

5) Satiram pro Satura scribere coepisse homines, postquam i pro u in priscis verbis substituisset Jul. Cæsar, auctor est Krügerus (Gramm. der Lat. Sprache umgearb. von Grotefend § 276 not. 13).

6) l. l. X 1.

7) Sat. I. 10, 48.

Digitized by Google

quidem aliud quoddam genus Satiræ constituit, Menippum imitatus [1]). Quoniam autem de Lucilio, quum pauca tantum ex satiris ejus supersint, difficile est omnino existimare, id tantum hic volumus significatum, magnam ei fuisse et apud ejusdem ætatis homines et apud posteros famam [2]), versus autem ejus, quod quidem judicare liceat, minus politos et concinnos fuisse, quam triumvirum illorum, Horatii, Persii, Juvenalis. Quid autem inter illos potissimum intersit, nunc paucis indicare conabimur, non quod novi quidquam posse nos afferre putemus, sed quod ad indolem poësis Persianæ cognoscendam plurimum arbitramur esse collaturum, si sit cum Horatio et Juvenale ille comparatus.

Horatius igitur multum et diu in vita communi versatus, multoque rerum usu subactus, quicquid in moribus civium ridiculi invenerit aut perversi, id lepide ac festive expositum ad irridendum proponit. Horatius non se tempori, velut alter Cato, opponit, sed ipse voluptatibus vitaque jucunda fruens, ea, quæ nimia sunt in rebus et immodica, reprehendit; perbene enim vir ille callidus vitæque humanæ peritissimus novit, in medio consistere rectum [3]). Nec sua vitia dissimulat; non enim de se, ut viro moribus integerrimis invictaque præstante virtute loquitur, sed mediocribus se teneri vitiis ingenue fatetur [4]). Hinc nulla in Satiris ejus amaritudo, nulla bilis; facete irridet [5]), amiceque

1) De ceteris Menippi imitatoribus, si qui fuerunt, apud Romanos. cfr Bähr Gesch. der Röm. Litteratur Dr. Ausgabe § 123.

2) Quinct. l. l. G. 1. Lucilius quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non ejusdem modo operis auctoribus sed omnibus poëtis præferre non dubitent.

3) Cfr Sat I. 1, 106, 7. II 2, 63 sqq.

4) Cfr Sat I, 3 19 sqq. 4, 129 sqq. 6, 65 sqq. II, 3, 300 totam denique satiram VII, ubi multa, nec injusta, Davum inducit sibi objicientem.

5) Cfr Persii de Horatio judicium Sat I, 116—118.

Digitized by Google

vivendi præcepta tradit, vel, ut ipse ait, ridens dicit verum [1]), nec umquam vitam communem relinquit, altiora illa petens, sed sermonem fere imaginesque quasi e foro sumit; satiræque ejus adumbratam quandam, qua vixit ipse, ætatis sistunt imaginem. »Scripsit» omnino »sicuti vixit» [2]). Persius autem procul a civilibus undis in otio et solitudine vivens mores suæ ætatis ad severam illam normam disciplinæ Stoicorum, qua ipse valde erat imbutus, revocat. Ex quo necessario factum est, ut quum esset ipse, si fides vitæ ejus scriptori est habenda, morum lenissimorum et verecundiæ virginalis, frugi et pudicus, justus ei oriretur dolor justaque indignatio, cives a vero rectoque longe aberrantes videnti. Hinc quoque carmina ejus colorem duxerunt; in iis enim civium errores moresque pravos »virtutis veræ custos rigidusque satelles» summa cum indignatione et quasi cavillans perstringit, perversisque suæ ætatis hominum judiciis [3]) et opinionibus [4]), animum severa Stoicorum disciplina formatum, pectusque firmum et cupiditatibus liberum opponit [5]). Aequalibus multo sanctior meliorque ab iisque et sentiendi et vivendi ratione quam diversissimus indignationem animi non potest non palam profiteri; sed frustra; surdis enim cecinit. Restat, ut de Juvenale pauca dicamus. Is neque lepida Horatii venustate neque severa Persii gravitate, sed vi et ardore excellit. Ira fervens corruptissimos suæ ætatis mores, obscoena virorum vitia, impudicitiam mulierum, nimiam hominum luxuriam et voracitatem, stulta vota, infesta inter ipsos odia, pravam

1) Sat I, 1. 24.

2) Casaub. Prolegg in Persium.

3) Cfr Sat. I passim.

4) Cfr Sat. II, 23 sqq., 61 sqq. III, 24, 77 sqq. V. 66 sqq. 75 91-4, 129—31, 180 sqq. VI 37 sqq.

5) Cfr Sat, II 74, 5. III 52—57. V 10 sqq 37—40, 84—87, 104—114. 174, 5. VI 22, 23.

Digitized by Google

potentium adulationem, artium ingenuarum contemtum, turpia nobilium flagitia, infandam lucri cupiditatem, nil fere sanctum habentem, pessima parentum exempla coloribus quasi vegetis depingit et velut sævo verberat flagello. In primis tamen sex potissimum satiris sævit, in reliquis ira fere resedit [1]). Flagitiis vitiisque æqualium priscam illam majorum probitatem, justitiam, parsimoniam iterum ac sæpius opponit [2]). Sententias ad mores fingendos multas habet utiles, easque gravissimas [3]). At quid multa? liceat nobis comparandi finem facere hæc verba Jul. Cæs. Scaligeri afferentibus »Juvenalis ardet, jugulat, Persius insultat, Horatius irridet [4]).

Persius, ut de eo separatim aliqua dicamus, natus est pridie nonas Decembres in Etruria Volaterris, (P) Fabio Persico L. Vitellio Css., decessitque ætatis XXX VIII Kal. Decembres P. Mario, Asinio Gallo Css [5]). Amicitia usus est Annæi Cornuti Stoici, quem cave cum Cornuto grammatico posteriore ætate confundas. Hunc in Persium scripsisse commentariorum

1) Cfr ea, quæ de Satiris Lucilii, Horatii Persii et Juvenalis præclare disputavit Ruperti in editione Juvenalis Gott. 1802 et Bähr l. l. § 135.

2) Cfr Sat. II 3, 153—8. III, 137—9. V, 56—60. VI init, 343—6. VIII 237 sqq. XI 77—119. XIII 37—59. XIV 43, 156—188, 239, 40.

3) Cfr Sat. IV, 8. VIII 83, 4. X, fin. XI, 208. XIII, 192—198. XIV, 139. XV, 150 etc.

4 Ap. Bährium l. l. § 136 not. 3. Si triumviros elegiæ et satiræ apud Romanos inter se comparare liceat, nobis videmur posse statuere, Horatium illum et Ovidium, qui esset iis cum hominibus usus et consuetudo, quæ civium morum cognitio (Cfr Linder Quæst. Ovidianæ Sp. II Ups. 1852) quæque indoles ad poësim aptissima, proxime inter se convenire, Tibulli autem ingenium mite et candidum, solitudinisque et otii amans (Cfr Lind l. l.) a Persio non sane abhorrere, fervido autem et vehementi ingenio Propertium ad Juvenalem proxime accedere.

5) Cfr Vitam Persi a Valerio Probo, Suetonio, aliove conscriptam, quam integram ne hic apponamus, angustiæ loci prohibent; quisnam autem fuerit vitæ ille scriptor, hac de re

»Grammatici certant et adhuc sub judice lis est.»

Digitized by Google

librum, quem una cum commentariis aliorum posteriorem aliquem interpretem [1]) Persii in usum suum convertisse, itaque esse compilata scholia illa Cornuti, quæ vulgo feruntur, argumentis probabilibus docet C. Fr. Hermannus [2]), qui de Persio optime meruit, cujusque ingenio multa in Satiris Persianis debentur explicata et emendata.

Satiras Persii editas continuo mirari coepisse homines tradit vitæ Persii scriptor, optimaque Quinctilianus [3]) et Martialis [4]) de eo fecerunt judicia. Obscuritatis omnes eum arguerunt, nec immerito; Persius enim subtili Stoicorum philosophandi ratione orationeque eorum adstrictiore, quam requirebant aures populi, adsuetus philosophorum conclusiunculas et exile eorum atque obscurum orationis genus in poësi attulit, qua re necessario factus est ad intelligendum difficilior. Præterea, ut alii quoque Satirarum scriptores, quando de viris rebusve suæ ætatis hominibus notissimis agitur, leviter tantum et quasi præteriens de iis commemorat, nec, si scholia illa imperfecta et corrupta adierimus, multa inde lux talibus locis afferetur. Tum dicendi figuras sæpe adhibendo aliquantum tenebrarum orationi offundit, quod idem fit ex communi illo Satiricorum poëtarum more, Persio admodum usitato, dramatica prope ratione personas loquentes inducendi. Nam compluribus locis difficile est ad dijudicandum, ipsene vulgi sermonem, ut mos

1) Ferreæ ætatis scriptorem religionique Christianæ addictum eum fuisse opinatur Herrm.; vixisse eum ætate Caroli Calvi, quem vocant, suspicatur O. Jahn (vide Bähr. l. l. § 132 not. 16).

2) In Lect. Persianis Marb et Lips. 1842 Disp. I De usu et auctoritate Scholiorum in emendando Persio p. 12—22.

3) »Multum et vero gloriæ quamvis uno libro Persius meruit» l. l. X 1.

4) »Sæpius in libro memoratur Persius uno
Quam levis in tota Marsus Amazonide.» Epigr. IV 29.

Digitized by Google

est ei, imitatus loquatur an ficta aliqua persona [1]), in dialogis quibus sæpe utitur, non semper accurate descriptæ sunt et discretæ partes colloquentium [2]).

Sed de syntaxi Persii pauca jam libet disputare [3]).

Quod ad usum *Substantivorum* attinet, pro adjectivo Subst. posuit Persius V 40 *(artificem vultum* pro vultu cura atque arte elaborato). Poëtica quadam circumlocutione utitur Sat VI 10 *cor Enni.* Sat II 54 *cor* appositionis loco pro homine posuit. Subst. pro Attributo cum Subst. junxit I, 69 *(heroas sensus). Adjectivorum* neutra pro Subst. posuit I, 55, 64, 121. II 61, III 33, IV 10—12, V 65, 75, pro Adverb. I 90. III 17, V 106, 190. Adjectivum genere masculino pro Adverbio usurpatum reperimus V 155, 156 *(alternus).*

Nominativum pro Vocativo usurpavit I 61 (Cfr Hor. d. A. P. 291, 2 Vos, o Pompilius sanguis), in exclamatione Nom. utitur IV 35. sequente Infin.

Vocativum pro Nominat. posuit III 28, 29 (Cfr Prop. I 8, 19, 11, 9).

Accusativum subjecit verbis *sapere* I, 11, 106, *sonare* III, 21, *crepare* V, 25, Insolenter verba *purgare* II, 16, *mutare* II, 60 *relaxare* V, 125 cum accusativo junxit. Dixit

1) Cfr Sat I 24, 25, 28—30, 92 sqq. 107—10. II, 38, 39, 56. III, 108, 9. V, 66, 79—81. VI, 28 sqq. 67 sqq.

2) Sat I init. II, 18 sqq. III in, IV, 25 sqq.

3) Liceat per occasionem verba, quæ solus videtur usurparse Persius afferre. sunt: ***Semipaganus*** Prol. 6 ***poëtris*** Prol. 13, ***cachinno*** Sat I, 12 ***oletum*** 112 ***beatulus*** III, 103 ***balanatus*** IV, 37 ***stloppus*** V, 13 ***subæratus*** 106 ***gluttus*** 112, ***palpo*** 176, ***artocreas*** VI, 50. Formas quasdam insolitas usurpavit: ***dicier*** I, 28 ***fallier*** III, 51 ***occipiti*** (ablativo ad similitudinem Adjectivorum in ***Ceps*** desinentium formato) I 62, ***faxit*** 112, ***trossulus*** (in Sing) 82, ***sepeli*** (Perf.) III, 97 ***vetavit*** V, 90. Multis quoque vocabulis insolitam subjecit significationem, quæ hic afferre longum est.

Digitized by Google

enim *noctem purgas* pro: a nocte te purgas, *dominum quem vindicta relaxat* pro domino, a quo vindicta relaxat, *vestales urnas mutat* pro: in locum vestalium urnarum successit.

Dativum cum verbo passivo in forma simplici more poëtarum junxit II, 14, verbo *demersit* Dativum pro Accus. cum præp. *in* subjecit III, 34.

Genitivum cum adjectivis junxit, in quibus inest significatio quædam copiæ vel vacuitatis Sat I, 14, II, 61, V, 75, 109, cum Adj. animi statum significantibus VI, 12 [1]).

Ablativum cum verbo *vivere* sæpe junxit ut idem sit quod habere Sat I, 61, 2. II, 7. IV, 17. V, 53, 104. Ablat. loci, quem vocant in nudo Substantivo habet II 27. Ablativi cum præp. *in* juncti, quæ memorentur, digna sunt exempla II, 60 [2]) V, 77 *(in tenui farragine* — in tenui farragine administranda). Verba *pendere, exsuperare, cadere,* cum Abl. nudo junxit III 40, 89. V, 91. Sat I, 131, ubi ad utrumque ablativum fortasse iteratam præpositionem requiras, omisit illam in priore membro [3]) Postremo Ablativus absolutus, quem vocant, substantivo et adjectivo efficitur III 22 *viridi limo.*

Distributivos, qui vocantur, numeros, pro Cardinalibus adhibuit more poëtarum V, 6, 26.

Pronomen quisque pro eo, quod est *quicunque* posuit V, 73 [4]). In enunciatione relativa attractione quadam usus est II, 29.

---

1) Cfr Petersson. De Synt. Virgiliana Quæst. p. 30 sqq.

2) Cfr Herm. Lectt. Pers. Disp. II. p. 36.

3) Cfr Horat. III, 25, 2, *quæ nemora aut quos agor in specus*, quosque laudat locos Herm. l. l. Disp. II, p. 23. Madv. Latin. Sproglære § 442.

4) Cfr Herm l. l. Diss II p. 50. Quod apud aureæ ætatis scriptores non esse factum ostendit Madv in Excursu VI ad Cic. de Finibus.

Digitized by Google

Verbum ait in tertia persona posuit pro: *ait aliquis* I. 40, 85 [1]).

Quod ad usum temporum attinet, *Præsens Indicativi* paullo insolentius reperitur positum IV 2 *magistrum quem tollit sorbitio dira cicutæ* (= magister sorbitione sublatus [2]) *Præsens historicum*, quod vocant, videmus usurpatum V, 36, sqq; III 101 sqq. in narratione Præsens et Perfectum vicissim adhibentur. *Perfectum* paullo insolentius positum est I, 36. II, 32, 43, quibus locis præsens fortasse exspectasses, nisi appareret rem jam esse perfectam significare velle poëtam. Sat III 109, 110, 115. V, 67, 68, 89, 180 sqq. pro futuro exacto fere usurpatur Perf.

Conjunctivus prohibitivus, qui dicitur, reperitur conjunctionibus *non* et *nec* (pro *ne* et *neve*) subjectus I 5, 7 [3]). III, 73. V, 45, 157. *Conj. optativus* conjunctioni *nec* subjectus est VI, 76.

Sæpissime conj. reperitur positus in interrogationibus, quibus significetur, id de quo interroges non futurum esse [4]). Sat I, 30, 88, 89, 103. II, 23. III, 19, 26, 27. V, 89, 146–8. VI, 37, 41, 69, 74.

Quantum cum Conj. in interrogatione directa reperimus junctum Sat. III, 71, *quantum deceat* (= quantum est, quod deceat).

Veto cum Conj., nulla adjuncta particula, qua regatur Conj., junctum est I, 112.

2) Cfr Hor. Ep. I, 19, 43, Sat I, 4, 79 (*inquit*).

2) Cfr Pet. l. l. p. 38.

3) Quo loco *nec* reperitur cum Perf. Conj. junctum, quod in *non* soloecismi vitium est teste Quinctiliano. Cfr Krüger l. l. § 511 3 not. 2.

4) Cfr Madv. Lat. Sproglære. Kiöb. 1844 § 351.

Digitized by Google

Quum Conjunctionem, inter temporalem quandam et concessivam significationem mediam cum conj. positam reperimus IV 46.

Præsens Conjunctivi post Imperativum usurpatur II, 22, IV, 19, quibus locis aut pro futuro Ind. positum est, aut a conditionali illa vi, quæ in Imper. *dic, exspecta* latet, pendet.

Infinitivum Persius more Græcorum *adjectivis* sæpe subjecit [1]) I, 59, 118. II, 34. III, 51. IV, 16, V, 16, 20, 37, 101. VI, 6, 23, 24, 36, 76. Cum *Substantivis*, in quibus adjectiva quædam significatio inest, junxit Prol. 11, I. 70. V, 13; pro *Substantivo* Inf. posuit I, 9, 27, 122. V, 53. Verbis quibusdam insolenter Infin. subjecit I 86 *(laudatur)* II 45 *(da fortunare* = propitius fortuna), 49 *(intendit)* VI 7 *(fert)* V 13 *(Intendis)*. Pron. personale *me* ad Accusativum cum Inf. verbo *memini* subjectum omissum est Prol. 2. V, 41. Pro Accus. cum Inf. attractione quadam usurpatur nominativus [2]) I, 42. VI, 16. *Perf. Infin. ἀοριστικῶς*, ut ajunt, pro præsenti usurpatur I, 42, 91, 132. II, 66. IV, 17. V, 33. VI, 6.

De *Adverbiis* monemus Adjectiva vel pronomina cum Adverbiis (et Interjectionibus) attributorum modo conjungi I, 49, *(euge tuum et belle, belle hoc)*, 84 *(hoc tepidum decenter)* V 68 *(cras aliud)* Adverbium *inde* pro *ex iis* usurpatur I, 126. *Subter* Adjectivi pæne loco cum Substantivo junctum est III 41 *(purpureas subter cervices* = cervices quæ subter ense erant positæ).

Tmesin in *præpositione in* adhibuit P. I 127 *in ludere* (= *illudere*).

Conjunctio et prægnanti quodam sensu usurpata est II, 75. III, 65. VI, 26, quibus locis idem fere significat quod

1) Cfr Pet. l. l. p. 45, 46.
2) Cfr Pet. l. l. p. 48.

Digitized by Google

quo facto[1]). *Que* III, 11. V, 32 paullo liberius adjunctum est vocabulo ad utrumque pertinenti membrum[2]). Præcedenti *que* respondet *et* I, 77. III, 16, 17. Figura, quæ dicitur *ἓν διὰ δυοῖν*, conjunctione *que* efficitur II, 52. *Ne* posuit cum Conj. nullo præcedente verbo I, 5 (supplendum fortasse: *times*) V 172 (suppl. fortasse: *vetas*[3]) Disjunctivas illas conjunctiones *vel, seu* ita copulavit V, 47, 48, ut in altero membro *vel*, in altero *seu* reperiatur. *Si* omisit IV 25 V, 78, 100, 189 *quum* V, 132.

Conj. *non* pro ea, quæ est *nonne*, in interrogatione usurpatur I, 36—39, 50—2. V, 84.

Orationis membra non satis apte videntur inter se respondere I, 8–10. III, 48–51, 52, 53. IV, 17, 18. V, 3, 4, 25. VI, 12.

Pauca denique de ipsis versibus Persii addamus[4]). Numerosi fere curaque elaborati sunt versus ejus. Cæsuram tamen brevi syllaba effecit VI, 26. Syllabam *is* in secunda persona futuri exacti semper pro brevi posuit[6]). Synizesin, quam vocant, adhibuit II, 10 *(ebulliat*[7]) II 57, *(pituita)* V, 93 *(tenuia)* Hiatum in brevi syllaba[8]) admisit III, 66 *(Discite o miseri)*.

1) Cfr Herm. l. l. Disp. III Varietas Lectionis Pers. p. 15.

2) Cfr Madv l. l. § 442 f.

3) Cfr Herm. l. l. III 29.

4) Cfr præterea Duentzer A. Pers. Flacci Satiræ in Germanicum conversæ Trev. 1844 p. 71.

5) Cfr Horat. Sat I, 4, 82. II 1, 82, 3, 1.

6) Horat. ea et pro brevi et pro longa usus est; in Satiris fere pro brevi, Cfr tamen Sat II, 5, 101.

7) Cfr Hor. Od. III, 4, 4. *Vos lene consilium et datis et dato* III, 6, 6. *Hinc omne principium, huc refer exitum.* Cfr præterea *parjetibus abjetibus* alia. Observat Godofr. Herm. (Epit. Doctr. metricæ Lips. 1852, § 93) his in locis *i* consonantis pæne vicem tenere.

8) Cfr Hor. Od. III 14, 11. *male ominatis*, quosque laudat locos Herm. in Lect. Pers. p. 36.

Digitized by Google

PERSII SATIRER I SVENSK ÖFVERSÄTTNING.

Digitized by Google

PROLOGUS.

Nec fonte labra prolui caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Memini, ut repente sic poëta prodirem.
Heliconiadasque pallidamque Pirenen.
Illis remitto, quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces: ipse semipaganus
Ad sacra vatum carmen affero nostrum.
Quis expedivit psittaco suum χαῖρε.
Picasque docuit nostra verba conari?
Magister artis ingenique largitor
Venter negatas artifex sequi voces.
Quodsi dolosi spes refulserit nummi,
Corvos poëtas et poëtridas picas
Cantare credas Pegaseïum nectar.

V. 14 *nectar*. Lectionem, quam recepimus, defendit Herm. in Lect. Pers. Disp. I, p. 29.

SATIRA I.

O curas hominum, o quantum est in rebus inane!
Quis leget hæc?' »Min tu istud ais»? Nemo hercule. »Nemo?»
Vel duo vel nemo. »Turpe et miserabile» Quare?
Ne mihi Polydamas et Troïades Labeonem
Prætulerint. Nugæ! Non, si quid turbida Roma
Elevet, accedas, examenve improbum in illa
Castiges trutina, nec te quæsiveris extra.

Digitized by Google

PROLOG.

Jag ej har mina läppar sköljt i hästkällan,
På dubbelklufna Parnassens topp jag ej mins mig
Ha drömt, att så som skald helt plötsligt framträda.
Den bleka Pirene jemte Helikons sångmör
Åt dem jag lemnar, hvilkas bilder omslingas
Af smidig murgrön; sjelf jag blott en halfbonde
Till helga sångarskatter lägger mitt qväde.
Hvem bragte fram af papegojan: »Välkommen»?
Hvem lärde skator sig med våra ord möda?
Jo han, som konster lär och snillekraft skänker,
Så stor att härma ej beskärda ljud — magen.
Framskimrar endast hopp om mynt — den lockmaten,
Att skalden Korp, skaldinnan Skata framqväda
En sång af Pegaseïsk nectar, tro kan du.

V. 7 *Ad sacra vatum* etc. *Sacra vatum* significare videntur carmina vatum sacra (Apollini et Musis dedicata) Cfr Prop. III, 1. 1. Callimachi Manes et Coi sacra Philetæ.

FÖRSTA SATIREN.

Ack hvad menniskoäflan ändå. Fåfänglig är verlden,
Hvem skall läsa det här? »Hvad befalles?» Vid Hercules ingen
»Ingen!» Ett par eller ingen. »Hur skamligt och ynkligt!»
Hur så då?
Månn' att framför mig Polydamas samt Trojanskorna sätta
Labeo. Lappri är det. Om stormiga Rom nu förklenar
Något, så följ ej med och ställ ej tillrätta den falska
Tungan på folkets våg; dig sjelf du ej söke hos andra.

Digitized by Google

Nam Romæ quis non —? Ac si fas dicere. Sed fas
Tunc, quum ad canitiem et nostrum istud vivere triste
Aspexi, ac nucibus facimus quæcunque relictis,
Quum sapimus patruos, tunc, tunc ignoscite »Nolo»,
Quid faciam? Sed sum petulanti splene cachinno.
Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber,
Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet.
Scilicet hæc populo pexusque togaque recenti
Et natalicia tandem cum sardonyche albus
Sede legens celsa, liquido quum plasmate guttur
Mobile collueris, patranti fractus ocello,
Hic neque more probo videas nec voce serena
Ingentes trepidare Titos, quum carmina lumbum
Intrant et tremulo scalpuntur ubi intima versu
Tun, vetule, auriculis alienis colligis escas,
Auriculis, quibus et dicas cute perditus, obe!
Quo didicisse, nisi hoc fermentum et quæ semel intus
Innata est, rupto jecore exierit caprificus?
En pallor seniumque! O mores! Usque adeone
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter!
At pulchrum est digito monstrari et dicier: Hic est.
Ten cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas? Ecce inter pocula quærunt
Romulidæ saturi, quid dia poëmata narrent.
Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna est,
Rancidulum quiddam balba de nare locutus
Phyllidas, Hypsipylas vatum et plorabile si quid
Eliquat ac tenero supplantat verba palato
Adsensere viri. Nunc non cinis ille poetæ
Felix, non levior cippus nunc imprimit ossa?
Laudant convivæ. Nunc non e manibus illis

Digitized by Google

Hvilken i Rom är ej..? Om jag finge säga. Jag får dock,
När jag de grånade hår och denna vår ömkliga lefnad
Skådar och allt hvad vi taga oss för, då vi nötterna lemnat,
När farbröder vi spela, då, då förlåten mig. »Visst ej»
Hvad skall jag göra. Belackare är jag med pockande mjelte
Innestängda vi skrifva, på vers en, andra på prosa,
Så högtrafvande verk, att de lungorna komma att flämta,
Om luftrika också. När i splitt ny toga kantänka,
Putsad och fin, du med högtidsring af sardonyx sådant
Läser från upphöjd plats för folket, med smidiga strupen
Sköljd af en lenande dryck, och med ögon, som smäkta af vällust,
Då får väldiga Titer du se, som läspa på rösten,
Spritta af otukt till, när sången till länden har trängt och
Versernas dallrande ljud de innersta fibrerna kittlar.
Näring då, gamle tok, du samlar åt främmande öron,
Samlar till dess, uppblåste, du sjelf ber »Nog då med loford.»
Hvartill kunskap, ifall ej gäsningsämnet och vilda
Fikonaträdet hos oss frambryter ur remnande lefvern?
Häraf man gammal och blek är. Hvilka seder! Så är då
Intet dig värdt hvad du vet, om en annan ej vet att du vet det
Skönt är det dock att man pekar på oss och säger: »Der är han»
Aktar du intet värdt, att hundrade krusade gossar
Lära dig utantill. Se Romuli ättlingar, mätta,
Spörja vid bägarnes klang hvad gudomliga sångerna tälja;
Nu en person, som bär mångfärgad mantel kring skuldran,
Efter att någonting osmakligt ha stammat i näston,
Phyllis, Hypsipyle sé'n, och hvad gråtmildt skalder ha qvädit
Silar fram, i sin vekliga gom rådbråkande orden.
Bifall följt derpå. Är ej askan af denne poeten
Säll nu, hvilar ej lättare nu på benen hans grafsten?
Gästerna prisa hans verk. Månn' nu ej skola af skuggan,

Digitized by Google

Nunc non e tumulo fortunataque favilla
Nascentur violæ? Rides, ait, et nimis uncis
Naribus indulges. An erit, qui velle recuset
Os populi meruisse et cedro digna locutus
Linquere nec scombros metuentia carmina nec thus?
Quisquis es, o modo quem ex adverso dicere feci,
Non ego, quum scribo, si forte quid aptius exit,
Quando hæc rara avis est, si quid tamen aptius exit,
Laudari metuam — neque enim mihi cornea fibra est —
Sed recti finemque extremumque esse recuso
Euge tuum et *belle*. Nam *belle* hoc excute totum,

Quid non intus habet? Non hic est Ilias Acci

Ebria veratro, non si qua elegidia crudi
Dictarunt proceres, non quicquid denique lectis
Scribitur in citreis? Calidum scis ponere sumen,
Scis comitem horridulum trita donare lacerna.
Et verum, inquis, amo, verum mihi dicite de me
Qui pote? Vis, dicam. Nugaris, quum tibi calse

Pinquis aqualiculus propenso sesquipede exstet.
O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinsit,
Nec manus auriculas imitari mobilis albas,
Nec linguæ, quantum sitiat canis Appula, tantæ.
Vos, o patricius sanguis, quos vivere fas est
Occipiti cæco, posticæ occurrite sannæ!
Quis populi sermo est? Quis enim, nisi carmina molli
Nunc demum numero fluere, ut per leve severos
Effundat junctura ungues. Scit tendere versum
Non secus, ac si oculo rubricam dirigat uno:

Digitized by Google

Skola ej nu från hans graf och det lyckliga stoftet violer
Uppstå? Du är då jemt spefogel, man säger; för gerna
Rynkar du näsan. Men fins då någon, som mäktar försmå att
Komma i folkets mund, och, som skald förtjenande cedern,
Dikter lemna, som ej ha att frukta för kryddor och saltfisk?
Du hvem helst du än är, som jag nyss lät orda emot mig,
Om, när jag diktar, af slump en godbit kommer i dagen,
— Sällsynt fågel den är — om en godbit, säger jag, ter sig,
Fruktar jag icke berom — jag nerver af horn väl ej eger, —
Ej jag likväl går in på, att värdet till gräns och till måttstock
Har ditt förträffligt och skönt. Se till, hvad det bär i sitt sköte
Detta ditt skönt. Hvad har det ej i sig. Är ej, rusig af prustrot,
Accii Ilias här, ej här elegier, som storfolk,
Tunga af mat och dryck, dikterat, ej slutligen hvad på
Soffor af citrus skrifs? Anrätta du mäktar ett suggbröst,
Mäktar din huttrande vän med en sliten kappa begåfva.
Och »mig sanning är kär», du yttrar, »mig sanningen sägen!»
Hur är det möjligt? Skall jag? Tok skrifver du, skallige narr, hvars
Buk nedhänger så gödd, framskjutande minst med en halfaln.
Lycklige Janus! Ej dig på ryggen besvärar en storknäbb,
Icke en hand, helt flink att till åsnans öron sig bilda,
Tungor ej heller, så långt uträckta som törstig Apulhunds.
I af patricier blod, som ej fån ögon i nacken
Ega, Er rusten emot det gyckel, som drifves på ryggen!
Hvad är då folkets röst? Hvad utom att ändtligt nu sången
Flyter i vers, så mjuk, så fogad, att nageln, om sträng ock,
Glattade ytan halkar förbi. Han versen förstår så
Rikta, som om rödkrita med blott ett öga han måttar

Digitized by Google

Sive opus in mores, in luxum, in prandia regum
Dicere, res grandes nostro dat Musa poëtæ.
Ecce modo heroas sensus afferre videmus
Nugari solitos Græce, nec ponere lucum
Artifices, nec rus saturum laudare, ubi corbes,
Et focus et porci et fumosa Palilia foeno,
Unde Remus sulcoque terens dentalia, Quincti,
Quem trepida ante boves dictaturam induit uxor,
Et tua aratra domum lictor tulit. Euge poëta!
Est nunc, Brisæi quem venosus liber Acci,
Sunt quos Pacuviusque et verrucosa moretur
Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.

Hos pueris monitus patres infundere lippos
Quum videas, quærisne unde hæc sartago loquendi
Venerit in linguas, unde istud dedecus, in quo
Trossulus exsultat tibi per subsellia levis?
Nil ne pudet capiti non posse pericula cano
Pellere, quin tepidum hoc optes audire *decenter!*
Fur es, ait, Pedio. Pedius quid? Crimina rasis
Librat in antithetis: doctas posuisse figuras
Laudatur: »bellum hoc». Hoc bellum? An Romule ceves,

Men moveat, quippe et, cantet si naufragus, assem,

Protulerim? Cantas, quum, fracta te in trabe pictum
Ex humero portes. Verum nec nocte paratum

Plorabit, qui me volet incurvasse querela.
Sed numeris decor est et junctura addita crudis.
Claudere sic versum didicit: »Berecynthius Attis

Digitized by Google

Skall han om seder sjunga, om prakt, om konungars gästmål,
Höga och präktiga tankar han får, vår poet, af sin sångmö.
Hjeltesinnen vi se af sådana sjungas, som brukat
Chrior på Grekisk vers författa, ej mästare att en
Lund framställa och ej rikt land att prisa, der härd, der
Korgar och svin och, rökig af hö, den Paliliska festen,
Derifrån Remus och, Quinctius, du, som plöjer i jorden,
Hvilken en fjeskande hälft till dictator kläder vid öken,
Lictorn förde då hem din plog. O poet hur förträffligt!
En nu den svulstiga bok, som Brisæern Accius skrifvit,
Andra Pacuvius mest och hans sträfva Antiope fängslar,
Stödd af bekymmer och sorg i sitt smärt-
åtkomliga hjerta.
Fäder med blicken skum man ser omdömen som dessa
Prägla hos barnen in, och frågar hur sådant ett mischmasch
Nästlat sig in i vårt tal, hur sådan nesa vid hvilken
Lejon, så fina, af fröjd från bänkarna spritta och hoppa!
Skäms du då intet, att ej de grå hår kunna för faror
Värja, förutan att höra du vill det ljumma. »Rätt artigt.»
Pedius stulit, man sagt. Och Pedius? Han svänger i fina
Antitheser sin skuld. För bruk af lärda figurer
Prisas han. »Skönt» Är det skönt? Du, Romulus, hviskar då
svansen?
Mig skall det röra? Skall jag, om en menniska sjunger,
som skeppsbrott
Lidit, en slant ta fram? På ett skeppsvrak målad, dig sjelf du
Bär på din rygg och sjunger! Den mig med sin klagan skall
böja,
Gråte då verkligt, ej så som han nyss har beredt sig på natten.
Dock har den råa vers afrundning och metriskt behag fått.
Så fullända en vers sig lärt: Berecynthiern Attis

Digitized by Google

Et, qui coeruleum dirimebat Nerea, delphin.»

Sic: »costam longo subduximus Apennino.»
»Arma virum» nonne hoc spumosum et cortice pingui?

Ut ramale vetus vegrandi subere coctum».
Quidnam igitur tenerum et laxa cervice legendum?
Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis,

Et raptum vitulo caput ablatura superbo

Bassaris et lyncem Mænas flexura corymbis

Evion ingenimat: reparabilis assonat Echo.

Hæc fierent, si testiculi vena ulla paterni
Viveret in nobis? Summa delumbe saliva
Hoc natat in labris, et in udo est Mænas et Attis,
Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues.
Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? Vide sis, ne majorum tibi forte
Limina frigescant: sonat hic de nare canina
Litera. Per me equidem sint omnia protinus alba,
Nil moror. Euge, omnes, omnes bene miræ eritis res.
Hoc juvat. Hic, inquis, veto quisquam faxit oletum:
Pinge duos angues! Pueri, sacer est locus: extra
Mejite. Discedo. Secuit Lucilius urbem,
Te Lupe, te, Muti, et genuinum fregit in illis.
Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit et admissus circum præcordia ludit
Callidus excusso populum suspendere naso.

Digitized by Google

Samt *den, som Nereus skar, den blånande,*
genom-delphinen,
Så: *ett ben af oss togs undan från Apenninos.*
Krig och den man det liknar ju skum, grofbarkadt
det är ju?
Såsom en åldrig gren, af den mäktiga korken förtorkad.
Hvad är då mjukt, hvad bör med slappare hals man då läsa?
Väldiga horn Mimallon-gny nu uppfyller i
surrton,
Hufvudet nu Bassarid från en trotsande kalf,
som hon ryckt vid
Nacken, skall ta, Mænad med murgrön tygla
skall varglon,
Evion ropande vildt; svar skallas af Echo
dem härvid.
Komme väl sådant fram, om en droppa af fädernes mandom
Funnes ännu i vårt blod? Högst uppe i spotten det kraftlöst
Sväfvar på läpparna fram, Mænaden flott är och Attis,
Ger pulpeten ej slag, och smakar ej gnagade naglar.
»Dock är öron, så fina, väl värdt att med bitande sanning
Kittla? Var god, se till att tilläfventyrs icke de stores
Hus må kallna för dig, ty här hundgläfsandets bokstaf
Ljuder». Nu gerna för mig allt snöhvitt vare; jag intet
Har deremot. Hell underdjur J varen, J alle!
Detta är ljuft. »Sin konst här ingen göre — du bjuder —
Måla två ormar. Här, barn, är ett fridlyst ställe, derute
Kasten ert vatten! Jag går. Lucilius gisslade staden,
Lupus vch Mutius, Er, och på Eder bröt han sin käktand.
Skalkande Flaccus berör hvart fel hos vännen, som småler,
Och med lekande skämt till hans innersta hjerta sig tränger,
Skicklig att spefullt le och rynka på näsan åt folket.

Digitized by Google

Men mutire nefas, nec clam nec cum scrobe? Nusquam
Hic tamen infodiam. Vidi, vidi ipse, libelle:

Auriculas asini Mida rex habet. Hoc ego opertum,
Hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi vendo
Iliade. Audaci quicunque afflate Cratino
Iratum Eupolidem prægrandi cum sene palles,
Aspice et hæc, si forte aliquid decoctius audis.
Inde vaporata lector mihi ferveat aure!
Non hic, qui in crepidas Graiorum ludere gestit
Sordidus, et lusco qui possit dicere lusce,
Sese aliquem credens, Italo quod honore supinus
Fregerit heminas Areti ædilis iniquas,
Nec qui abaco numeros et secto in pulvere metas
Scit risisse vafer, multum gaudere paratus,
Si Cynico barbam petulans nonaria vellat.
His mane edictum, post prandia Callirhoen do.

V. 2. Persius, postquam primum versum scripsit, sibi ipse, judicii civium corrupti memor, indignans dicit: Quis leget hæc? Ad quæ amicum aliquem fingit respondere, admiratione captum: Min tu istud ais? Respondet Persius sibi ipse: Nemo hercule *Am.* Nemo? *P.* vel duo vel nemo. *Am* Turpe et miserabile. *P.* Quare? Ne mihi etc.

V. 6. *Examenve improbum* sqq. Optimum videtur examen proprio sensu, quod jam fecit scholiasta, accipere, ut hoc modo interpretemur: Ne accedas, neve iniquum examen (lingulam), quod est in trutina populi Romani, castigare (rectificare, *ἐπανορθοῦν*) tentes. Forsitan ita quoque possit explicari: Ne accedas neve examen, quod fecerunt cives in illa (Romanorum iniqua) trutina, castigare tentes.

V. 17. Lectio *legens* a melioribus Cdd probata, ita optime retineri posse videtur, ut puncto post *ocello* (v. 18) deleto, ibi comma ponatur, quo facto

Digitized by Google

Får jag ej knysta ett ljud? Ej hemligen, ej i en grop då?
Ingenstäds. Här jag gräfver dock in det. Min bok, jag har
sett, jag:
Öron som åsnan har Midas kung; den saken, som dold är,
Detta mitt löje, ett intet, jag ej för en Ilias säljer.
Du, som eldad utaf den djerfve Cratinus på vredgad
Eupolis läser dig blek och dertill på den mäktige gamle,
Blicka på detta också, om du något mognare finner.
Örat af dem väl värmdt, för mig må läsaren eldas,
Ej den som finner sin lust i att gyckla med Grekers sandaler,
Osnygg sjelf, och i stånd att en skelögd kalla för skelögd,
Troende något sig vara, för det han Arretiums falska
Småmått qväst som Edil, af Italiska embetet uppblåst.
Ej den, som taflans tal och i sanden skurna figurer
Gör sig till att begabba, beredd till skallande gapskratt,
Om en sköka helt fräck, ses Cynikern rycka i skägget.
Dessa på morgonen ger jag edikt, Callirrhoe sedan.

---

ita sententia procedet. Quum hæc scilicet legis ...., tum videas etc. Si qui tamen vocabulum *hic* ita abundare putent, animum ad id attendent, quŏd interrupto sententiæ tenore iis, quæ post *sede legens celsa* leguntur — *liquido — ocello*, vocabulo opus est, quo animus revocetur ad participium illud *legens*, in quo inest notio verbi fĭniti cum Conj. temporali juncti, quod h. l. fit vocabulo *hic* (= *inter hæc, tum*).

V. 32. Voc. *hyacinthina* interpretes torsit. Optima videtur esse explicatio scholiastæ, qui interpretatur: *palla variis coloribus tincta*, nam flos ille apud veteres hyacinthi nomine appellatus, quisquis fuit, variis coloribus videtur fuisse distinctus.

V. 67. Verba *sive opus in* etc. cum scholiasta ad comoediam, satiram, tragoediam spectare putamus. Non enim recte *sive* illud tanta vi disjungente præditum, quod hic subandiendum est et *ad in luxum* et ad *in*

Digitized by Google

prandia regum, scripsisset poëta, nisi voluisset tria genera poësis diversa significare. Quod. vult Herm, Persium hoc versu et sequenti queri, poetas vulgares neglecta reprehensionis necessitate argumenta grandia et a vitæ usu aliena eligere, eo refutatur, quod hæc dicere laudanti populo minime convenit.

V. 93 sqq. Venimus ad locum difficillimum, crucem quandam interpretum. Dicam equidem quod sentio, bonam lectorum veniam orans. Primum *claudere versum* videtur significare *versum omnino perficere, concludere*, Tum *sic* ad versum præced. *Sed numeris decor est et junctura addita crudis* referendum est. Tum illa *Ber. Attis Et qui coeruleum....* pro nomine poetæ, qui hæc scripsit, posita, subjectique loco ad *didicit* referenda videntur, itaque etiam *costam longo* etc. In versu *Et qui coeruleum* a Persio reprehenditur studium, quod adhibuit poëta, ut, subjecto delphin in extremum versum post enuntiationem relativam remoto, numerose et apte caderet versus, non perspiciens durum illum reddi figura illa repudianda *dirimebat Nerea*. In versu *costam* etc. reprehenditur sonus ille Leoninus et Spondeus in quinto pede, quem vocant, positus.

V. 99—102. Quid in his potissimum reprehenderit Persius, ex versibus Suethicis facile intelligas.

V. 121. *Auriculas asini Mida rex habet.* Hanc lectionem, quam a Cornuto ob metum Neronis mutatam esse in *aur. asini quis non habet* auctor est scriptor ille, quisquis fuit, vitæ Persii, fabula illa notissima et nexus ipse sententiarum defendunt. Persius enim verbis *aur. asini Mida rex habet*, non Neronem sed majores omnino tetigit, de quibus jam v. 108 sqq. mentionem fecit, quosque simili illo de sacro loco et exemplis Lucilii atque Horatii perstrinxit. Quod autem Hermannus (l. l. Disp. II, p. 10, 11) dicit, sequi nos oportere, lectionem quam in vulgus olim prodiisse constet, quid est, cur lectionem genuinam, ob metum principis superbi suppressam, nunc non recipiamus?

Digitized by Google

Digitized by Google

SATIRA II.

Ad Plotium Macrinum.

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit candidus annos.

Funde merum Genio. Non tu prece poscis emaci,
Quæ nisi seductis nequeas committere divis.
At bona pars procerum tacita libabit acerra.
Haud cuivis promtum est, murmurque humilesque susurros
Tollere de templis et aperto vivere voto.
"Mens bona, fama, fides!" — hæc clare, et ut audiat hospes;

Illa sibi introrsum et sub lingua murmurat: "O si
Ebulliat patruus, præclarum funus!" — et: "O si
Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro

Hercule!" — "pupillumve utinam, quem proximus heres
Impello, expungam, namque est scabiosus et acri
Bile tumet! Nerio jam tertia ducitur uxor."
Hæc sancte ut poscas, Tiberino in gurgite mergis

Mane caput bis terque et noctem flumine purgas.
Heus age, responde: — minimum est, quod scire laboro —
De Jove quid sentis? Estne, ut præponere cures

Digitized by Google

ANDRA SATIREN.

Till Plotius Macrinus!

Denna din dag, min Macrinus, som skön och lyckosam lägger
Svinnande år till ditt lif, i räkningen märk med en lycksten!
Vin åt din Genius gjut! Ej du med böner, som köpslag
Likna, af Gudarne fordrar, hvad blott afsides förtros dem.
Dock af de stora helt tyst en god del offrar sitt rökverk.
Icke en hvar förmår så lätt bannlysa från templen
Hviskningars mumlande ljud och af öppen bön sig begagna.
"Godt förstånd och ett namn och förtroende!" — högt, att en främling
Hörer det, sägs; för sig sjelf dock inne i munnen man mumlar:
"O att min farbror — härliga lik! — uppgåfve sin anda!"
"O att med Herkules nåd för min hacka en tunna med silfver
Klingade" eller: "O att jag snart utsticker min myndling,
Hvilken, som arfving, jag följer uppå; gallfeber och utslag
Har han ju. Nerius re'n en tredje hustru sig tager."
För att du fromt må bedja om det, du i Tibern ditt hufvud
Doppar på morgonen gång på gång och natten dig aftvår!
Hör nu! svara, jag ber. Högst litet jag äflas att veta.
Hvad är din tanke om Jupiter? Säg! Är du hågad att sätta

Digitized by Google

Hunc ... Cuinam, cuinam? Vis Staio? An scilicet heres,
Quis potior judex puerisve quis aptior orbis?

Hoc igitur, quo tu Jovis aurem impellere tentas,
Dic, agedum, Staio: pro Jupiter, o bone, clamet,
Jupiter! At sese non clamet Jupiter ipse?
Ignovisse putas, quia, quum tonat, ocius ilex
Sulphure concutitur sacro, quam tuque domusque?

An quia non fibris ovium Ergennaque jubente

Triste jaces lucis evitandumque bidental,
Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam
Jupiter? Aut quidnam est, qua tu mercede deorum
Emeris auriculas? Pulmone et lactibus unctis.
Ecce avia aut metuens divum matertera cunis
Exemit puerum, frontemque atque uda labella
Infami digito et lustralibus ante salivis
Expiat, urentes oculos inhibere perita:
Tunc manibus quatit et spem macram supplice voto

Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ædes.
Hunc optet generum rex et regina, puellæ

Hunc rapiant; quicquid calcaverit hic, rosa fiat.
Ast ego nutrici non mando vota: negato
Jupiter hæc illi, quamvis te albata rogarit.

Digitized by Google

Honom framför ... hvem, hvem? Jo Staius. Du tvekar kantänka,
Om hvem som bättre af dem är för myndlingar eller i domstoln?
Säg då detta, hvarmed du Jupiters öron försöker
Röra, åt Staius! Välan! O Jupiter! ropar han, gode
Jupiter!" Men skall ej på sig sjelf då Jupiter ropa?
Tror du, att dig han förlåtit, för det att en ek, när det åskar,
Snarare splittras, än du och ditt hus, af det himmelska svaflet?
För det i lunden du ej, i en hemsk inhägnad, som skys bör,
Ligger, på fårinelfvornas bud och Ergennas, en åskvård,
Låter, menar du, väl, som en tok, dig Jupiter rycka
Fritt i sitt skägg? Hvad är det, hvarmed som betalning du tror dig
Gudarnes öron ha köpt? Jo lungor och flottiga tarmar.
Se nu, hur mormor sjelf eller ock vidskepliga mostern
Barnet ur vaggan tar; då stryker hon renande spott först
Med skamfingret uppå dess panna och fugtiga läppar,
Van att sin brännande blick dess förtrollande verkan betaga,
Gungar det se'n på sin arm och i böner sin späda förhoppning
Sätter i Crassi palats nu och nu på Liciniska godsen.
Honom må önska till mång båd' konung och drottning, om honom
Flickor må slitas, och städs i hans fotspår rosor må födas!"
Önskningar lemnar ej jag åt en amma dock; henne på dessa
Jupiter afslag gif, om äfven hon bedjer dig hvitklädd!

Digitized by Google

Poscis opem nervis corpusque fidele senectæ.
Esto, age. Sed grandes patinæ tucetaque crassa
Annuere his superos vetuere Jovemque. morantur.
Rem struere exoptas cæso bove Mercuriumque
Arcessis fibra. "Da fortunare Penates,

Da pecus et gregibus foetum!" Quo pessime pacto,

Tot tibi quum in flamma junicum omenta liquescant?
At tamen hic extis et opimo vincere ferto
Intendit. "Jam crescit ager, jam crescit ovile,
Jam dabitur, jam, jam — donec deceptus et exspes

Nequicquam fundo suspiret nummus in imo.
Si tibi crateras argenti incusaque pingui

Auro dona feram, sudes et pectore lævo
Excutias guttas, lætari prætrepidum cor.
Hinc illud subiit, auro sacras quod ovato

Perducis facies: nam fratres inter ahenos,
Somnia pituita qui purgatissima mittunt,
Præcipui sunto, sitque illis aurea barba.
Aurum vasa Numæ Saturniaque impulit æra
Vestalesque urnas et Tuscum fictile mutat.
O curvæ in terras animæ et cælestium inanes,

Quid juvat hos templis nostros immittere mores

Et bona dis ex hac scelerata ducere pulpa?
Hæc sibi corrrupto casiam dissolvit olivo;

Digitized by Google

Kraft du i senor begär och en kropp på din ålderdom trogen.
Godt och väl, ja! Men fett salt kött och väldiga matfat
Jupiter fjettra och stå i vägen för gudarnes bifall.
Öka din egendom du vill med offer af oxar,
Kallar med tarmar Mercur. "Välsignelse gif åt mitt hus och
Afvel åt fåren och gif hornboskap!" Din tok, hur skall det ske,
När i din eld till den mängd tarmhinnor smälta af stutar?
Dock han sträfvar altjemt att med innanmäte och bakverk
Vinna det. Re'n min åker och re'n fårhuset förökas,
Re'n jag det får, re'n, re'n ... till dess bedragen och hopplös
Fåfängt din sista fyrk hörs sucka från bottnen af kistan.
Om jag dig gifver till skänks dryckskannor af silfver, i drifvet
Guld arbetade tjockt, du svettas och droppar till venster
Pressar på bröstet ut, du hjerta, så ifrigt att fröjdas.
Häraf dig det rann för, att de heligas drag med triumfguld
Öfverdraga. Ty de bland kopparbröderna, hvilka
Sända de drömmar, som bäst från dunster renade äro,
Vare i ära främst, och med gyllene skägg må de prydas!
Guldet har Numas kärl och Saturniska kopparn fördrifvit,
Tagit Vestaliska urnornas plats och de Tuskiska lerkärls.
Själar tomma på allt, som är himmelskt, som luten åt jorden,
Är det väl värdt, att de seder, som vi ha, till templen förflytta,
Sluta från vårt förderfvade költ, till hvad gudarne kärt är?
Casia detta åt sig löst upp i blandning med olja;

Digitized by Google

Hæc Calabrum coxit vitiato murice vellus;
Hæc bacam conchæ rasisse et stringere venas
Ferventis massæ crudo de pulvere jussit.
Peccat et hæc: peccat, vitio tamen utitur: at vos
Dicite, pontifices, in sancto quid facit aurum?
Nempe hoc, quod Veneri donatæ a virgine pupæ.
Quin damus id superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messalæ lippa propago;
Compositum jus fasque animi sanctosque recessus
Mentis et incoctum generoso pectus honesto;

Hæc cedo ut admoveam templis, et farre litabo.

V. 6, 7. ***Murmur tollere de templis*** explicat A Perreau (A. Pers. Flacci Satiræ in Bibl. Class. Lat. Par. 1830): ***altius efferre vocem mediis de templis***, quod tamen ne probemus, impedit vis illa, quæ verbo ***tollere*** cum præpos. ***de*** juncto solet subesse: borttaga från, undanrödja (cfr. tollere de vivis, de medio).

V. 14. lectio ***ducitur*** ab Herm. defenditur l. l. I, p. 27.

SATIRA III.

"Nempe hæc assidue! Jam clarum mane fenestras
Intrat et angustas extendit lumine rimas:
Stertimus, indomitum quod despumare Falernum
Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra.
En, quid agis? Siccas insana canicula messes

Jam dudum coquit et patula pecus omne sub ulmo est."
Unus ait comitum. "Verumne? Itane? Ocius adsit

Digitized by Google

Detta Calabrisk ull har kokt och färgat i snäcksaft;
Detta oss perlor befallt från musslorna skråpa och skilja
Glödande malmens ådror ifrån sandhaltiga slaggen.
Fel ock detta begår, ja fel, men det vinner på felen;
Sägen dock, prester, hvad gör på ett heligt ställe väl guldet?
Samma nytta, som dockor, af mör hemburna åt Venus.
Sådant ju vi åt de himmelska ge, som af väldiga fat ej
Mäktar dem ge en svag afkomling af store Messala.
Känslan af billighet, rätt i mitt sinne befästad och helga
Djup i min själ och ett bröst, der det goda och ädla är rotfäst:
Följe mig detta till templen, och mjöl tacknämligt skall blifva.

V. 19. **cuinam** utrumque tribuimus poetæ auctore Herm. l. l. II. p. 26.
V. 42. **tucetum** "apud Gallos Cisalpinos bubula dicitur caro condimentis quibusdam crassis oblita ac macerata, quæ ideo toto anno durat" Schol. Videtur igitur proxime ad nostrum "salt kött" accedere.
V. 54 Cfr. Herm. l. l. II. p. 28.

TREDJE SATIREN.

Räcker då evigt det här? Klar genom fönsterna tränger
Morgonen ren; för dess ljus de trånga springorna vidgas;
Vi dock snarka ju nog, för att ångan af hetsig Falerner
Jaga ur hufvudet bort, då skuggan redan på fem står.
Hvad har du för dig? Altre'n hundstjernan, den rasande, bränner
Torkande skördar; i skygd af skuggiga almen är hjorden."
Säger af lärarne en. "Är det sanning?" Verkligen? Fort hit

Digitized by Google

Huc aliquis! Nemon?" Turgescit vitrea bilis.

"Findor." Ut Arcadiæ pecuaria rudere dicas.

Jam liber et positis bicolor membrana capillis
Inque manus chartæ nodosaque venit arundo.
Tum querimur, crassus calamo quod pendeat humor,

Nigra quod infusa vanescat sepia lympha,

Dilutas, querimur, geminet quod fistula guttas.
O miser inque dies ultra miser, hucine rerum
Venimus? At cur non potius teneroque columbo
Et similis regum pueris pappare minutum
Poscis et iratus mammæ lallare recusas?
"An tali studeam calamo?" Cui verba? Quid istas

Succinis ambages? Tibi luditur, effluis amens.
Contemnere: sonat vitium percussa, maligne

Respondet viridi non cocta fidelia limo.

Udum et molle lutum es: nunc, nunc properandus et acri
Fingendus sine fine rota. Sed rure paterno
Est tibi far modicum, purum et sine labe salinum —
Quid metuas? — cultrixque foci secura patella.
Hoc satis? An deceat pulmonem rumpere ventis,

Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis,
Censoremve tuum vel quod trabeate salutas?
Ad populum phaleras! Ego te intus et in cute novi.

Digitized by Google

Någon! Hvad ingen?" Af harm nu gallen glänsande sväller.
"Jag kan spricka." Så hör man Arkadiska hjordarne skria.
Bok nu och pergament, tvåfärgadt och håren beröfvadt,
Kommit i handen och papper dertill och det ledade röret.
Då man klagar, att tjock fastklibbar sig vätskan vid pennan,
Klagar, att svärtan hos bläcket förgår, när med vatten det utspäds,
Och att af röret ges blott dubbla, förrinnande droppar.
Ack du arme, som dag för dag än armare blifver,
Hit har det kommit? Hvarför begär du ej heldre att, späda
Dufvan och konungabarn lik, matas med bitar och hvarför
Vägrar du ej, helt ond på din amma, att låta dig vyssjas?
"Kan jag skrifva med sådant ett rör?" Hvem bedrar du? Hvi dessa
Svepskäl tralla? Förlusten är din, du förspiller dig, dåre!
Du skall föraktas. Med klangen sitt fel, när man slår på den, röjer
Krukan och svarar ej rätt, ty leran är frisk och ej bränd nog.
Mjuk och fuktig lera du är. Nu, nu skall du rastlöst
Formas med fart, då hjulet i gång är. På fädernegården
Har du dock något säd, och ett felfritt, glänsande saltkar —
Frukta då ej! — och en offerskål, så säker, vid härden.
Är det väl nog? Eller höfs dig att uppblåst lungorna spränga,
För det af Tuskisk stam du en gren är i tusende ledet,
Eller för det att i riddaredrägt du mönstras af censorn?
Grannlåt åt folket blott! Jag känner dig utan och innan.

Digitized by Google

Non pudet ad morem discincti vivere Nattæ?
Sed stupet hic vitio, et fibris increvit opimum
Pingue: caret culpa, nescit, quid perdat, et alto
Demersus summa rursum non bullit in unda.
Magne pater divum, sævos punire tyrannos
Haud alia ratione velis, quum dira libido
Moverit ingenium ferventi tincta veneno:
Virtutem videant intabescantque relicta.
Anne magis Siculi gemuerunt æra juvenci
Et magis auratis pendens laquearibus ensis
Purpureas subter cervices terruit imus,
Imus præcipites, quam si sibi dicat et intus
Palleat infelix, quod proxima nesciat uxor.

Sæpe oculos, memini, tangebam parvus olivo,
Grandia si nollem morituri verba Catonis
Dicere et insano multum laudanda magistro,
Quæ pater adductis sudans audiret amicis.
Jure: etenim id summum, quid dexter senio ferret,
Scire erat in voto, damnosa canicula quantum
Raderet, angustæ collo non fallier orcæ,
Neu quis callidior buxum torquere flagello.
Haud tibi inexpertum curvos deprendere mores,
Quæque docet sapiens braccatis illita Medis
Porticus, insomnis quibus et detonsa juventus
Invigilat siliquis et grandi posta polenta;
Et tibi, quæ Samios deduxit litera ramos,
Surgentem dextro monstravit limite callem.
Stertis adhuc, laxumque caput compage soluta
Oscitat hesteruum dissutis undique malis?

Digitized by Google

Blyges du ej, att lefva just så, som en liderlig Natta?
Dock han förslöas i last, och rikligt fett i hans inre
Frodas; från synd är han fri, han vet ej hvad han förlorar;
Sjunken i djupet han skall ej mer uppflyta på ytan.
Gudars mägtige fader, må du ej grymma tyranner
Straffa på annat sätt, jag ber, när de onda begären,
Dränkta i brännande gift, ha oro verkat i själen:
Må blott dygden de se och förtvina, för det de försmått den!
Steg väl en djupare suck från Siciliska oxen af koppar?
Månn' det förfärade mer, det svärd, som från gyllene taket
Sväfvade öfver en hals, af purpur skimrande, än om
Utför, utför det går till sig sjelf man säger och osäll
Ängslas i hjertat för sådant, som ej ens hustrun må känna?
Ofta jag ögonen strök, som barn, med olja, jag mins det,
När jag ej ville alls framsäga den döende Catos
Ståtliga ord, dem berömd af min dårlige lärare tillkom,
För att i vänners krets afhöras med svett af min fader.
Så jag med rätta; ty det var min högsta önskan, att veta
Hvad den lyckliga sexan mig gaf, hvad skadliga hunden
Kom mig att tappa, att ej flaskhalsen, den trånga, förfela,
Samt att ingen måtte, som jag, slå snurran med piskan.
Du ju förstår och vet att felande seder bemärka,
Vet hvad den visheens pelaregång, som med Meder i byxor
Prunkar, oss lär, hvaråt en kortklippt, vakande ungdom
Egnar sig, spisande grönt och väldiga kakor af kornbröd
Dig bokstafven, hvarifrån de Samiska grenarne utgått,
Har ju den gångstig vist, som på högra leden sig höjer.
Snarkar du än, med hufvudet slakt och senorna slappa,
Gäspar af gårdagsrus, med käkarne vidt från hvarandra?

Digitized by Google

Est aliquid, quo tendis et in quo dirigis arcum?

An passim sequeris corvos testaque lutoque
Securus, quo pes ferat, atque ex tempore vivis?
Helleborum frustra, quum jam cutis ægra tumebit,
Poscentes videas: venienti occurrite morbo,
Et quid opus Cratero magnos promittere montes?
Discite, o miseri, et causas cognoscite rerum:
Quid sumus aut quidnam victuri gignimur? Ordo
Quis datus aut metæ quam mollis flexus et unde?

Quis modus argento, quid fas optare? Quid asper

Utile nummus habet, patriæ carisque propinquis
Quantum elargiri deceat? Quem te Deus esse
Jussit, et humana qua parte locatus es in re?

Disce, neque invideas, quod multa fidelia putet

In locuplete penu defensis pinguibus Umbris,
Et piper et pernæ, Marsi monumenta clientis,
Mænaque quod prima nondum defecerit orca.
Hic aliquis de gente hircosa Centurionum
Dicat: "Quod satis est, sapio mihi. Non ego curo
Esse, quod Archesilas ærumnosique Salones
Obstipo capite et figentes lumine terram,
Murmura quum secum et rabiosa silentia rodunt

Atque exporrecto trutinantur verba labello
Aegroti veteris meditantes somnia: gigni

Digitized by Google

Har du ett mål för din sträfvan, hvarpå du sigtar med bågen?
Eller förföljer du foglar ibland med jord och med stenar,
Obekymrad, hvart kosan än bär, och lefver för dagen?
Prustrot fåfängt, när sjuk re'n huden börjat att svälla,
Menniskor fordra man ser; sjukdomen möten på vägen,
Och hvad behöfs se'n gyllene berg åt Craterus lofva?
Lären då känna, o J olycklige, tingenas grunder:
Vi, hvad äro vi menskor, för hvad blef lifvet oss gifvet?
Hvilken är lagen, hur lätt är svängen kring målet och hvarifrån?
Hvar ha pengar sin gräns, hvad är lofligt att önska? Hvad fins i
Sträfva myntet för gagn, hvad bör man för fäderneslandet
Och för de älskade frändernas skuld utgifva? Till hvem har
Gud dig bestämt, på hvad plats är du ställd i den mensk- liga verlden?
Lär det, och afund ej hys, för att krukor surna i mängd bland
Rika förrådet hos den, som feta Umbrer försvarat,
Peppar och skinkor också der, minnen af Marserclienten,
Samt för det ej sardelln tar slut i den kagge, som främst är.
Någon mig säger härvid af de ruskiga Centurioners
Slägte: "Tillräckligt vis jag är; jag eger ej lust att
Vara en Archesilaus, en dystert grubblande Salon,
Lutande hufvudet ned och med blicken fästad på marken,
När han sväljer sitt mummel för sig och sin tystnad af vanvett,
Och på läppar, som långt framskjutas, ordena väger,
Drömmar af någon gammal förryckt begrundande djupt, att

Digitized by Google

De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.
Hoc est, quod palles, cur quis non prandeat? Hoc est?"
His populus ridet multumque torosa juventus

Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.
"Inspice, nescio quid trepidat mihi pectus et ægris
Faucibus exsuperat gravis halitus: inspice, sodes!"

Qui dicit medico jussus requiescere, postquam
Tertia compositas vidit nox currere venas,
De majore domo modice sitiente lagena
Lenia loturo sibi Surrentina rogavit.

"Heus bone, tu palles." "Nihil est." "Videas tamen istud,

Quicquid id est; surgit tacite tibi lutea pellis."
"At tu deterius palles. Ne sis mihi tutor!
Jam pridem hunc sepeli: tu restas." "Perge, tacebo",

Turgidus hic epulis atque albo ventre lavatur
Gutture sulphureas lente exhalante mephites.
Sed tremor inter vina subit, calidumque triental
Excutit e manibus, dentes crepuere retecti:
Uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.
Hinc tuba, candelæ: tandemque beatulus alto
Compositus lecto, crassisque lutatus amomis
In portam rigidas calces extendit; at illum
Hesterni capite induto subiere Quirites.
Tange, miser, venas et pone in pectore dextram:

"Nit calet hic." Summosque pedes attinge manusque:

Digitized by Google

Intet af intet blir och intet varder till intet.
Det är då skälet, hvarför man är blek, hvarför man ej äter!"
Folket har roligt deråt, och en ungdom med kraftiga muskler
Skallande salfvor af skratt upphäfver och rynkar på näsan.
"Se nu till mig, besynnerligt slår mitt hjerta och andan
Skämd ur en värkande hals uppstiger: var god och mig tillse!"
Den, som till läkarn så sagt och befalts att hålla sig stilla,
När han på tredje natten har märkt, att pulsen sig lugnat,
Straxt från ett rikare hus begär att få sig en flaska —
Stor är icke dess törst — mildt vin från Surrentum till badet.
"Men du är blek, min vän." "Det är intet." "Dock det ej förbise,
Hvad det än är; ty gul din hud uppsväller omärkligt."
"Blekare dock du är sjelf. Förmyndare var ej åt mig, du!
Den jag begrafvit altre'n. Du är qvar." "Gå på, jag skall tiga."
Nu, af rätterna stind och blek om magen, han badar,
Medan hans strupe med nöd utandas ångor af svafvel.
Men han öfverfalls, när han dricker, af skälfva; ur handen
Släpper han heta pokaln och tänderna blottade skallra,
Och hans kostliga spis från de hängande läpparne faller.
Sedan trumpeter och ljus; och till slut den salige sträcker,
Bäddad på upphöjd säng och med tjock amomum bestruken,
Stelnade hälarne ut mot dörren, och, höljda af mössor,
Honom Quiriter ifrån gårdagen på axlarne lägga.
Arme, på pulsen dig känn, lägg handen på hjertat derjemte!
"Der är ej hett." Och känn dig ytterst på händer och fötter.

Digitized by Google

"Non frigent." Visa est si forte pecunia, sive
Candida vicini subrisit molle puella,
Cor tibi rite salit? Positum est algente catino

Durum olus et populi cribro decussa farina:
Tentemus fauces: tenero latet ulcus in ore
Putre, quod haud deceat plebeia radere beta.
Alges, quum excussit membris timor albus aristas;
Nunc face supposita fervescit sanguis et ira
Scintillant oculi, dicisque facisque, quod ipse
Non sani esse hominis non sanus juret Orestes.

V. 7. Duentzerus legit: ***Unus***, ***ait*** (sc adolescens), ***comitum*** (sc. adsit) vertitque: "Einer der Diener!", quod tamen minime est probandum. Patet enim sex primos versus a comite aliquo adolescentis dici, posteaque, ut apertum hoc fiat, a poëta adjungi: ***Unus ait comitum*** (= hoc unus de comitibus dicit). Tum vero adolescentem succlamare: ***verumne?*** etc.

V. 38. Passovius legit: ***virtutem ut videant***, quæ quidem lectio ita possit defendi, si, quum ***haud alia*** pro ***hac*** sit scriptum, ***ut*** ad sensum po-

---

SATIRA IV.

"Rem populi tractas?" Barbatum hæc crede magistrum
Dicere, sorbitio tollit quem dira cicutæ.

"Quo fretus, dic hoc, magni pupille Pericli?

Scilicet ingenium et rerum prudentia velox
Ante pilos venit, dicenda tacendaque calles.
Ergo, ubi commota fervet plebecula bile,

Digitized by Google

"Kalla äro de ej." Om du blott fått pengar i sigte,
Eller om ljuft åt dig grannflickan, den blomstrande, smålett,
Klappar då hjertat som förr? På ett iskallt fat är nu framsatt
Okokt grönt och mjöl, som är sålladt igenom en grofsigt:
Låtom oss fresta din gom! Då straxt ömtåliga munnen
Gömmer ett sår, som skafvas ej bör af plebejiska betan.
Än, när på ända ditt hår blek fruktan reser, du skälfver,
Än uppsjuder din blod, som vore en fackla inunder,
Ögonen gnistra af vrede, du gör och talar, hvad sjelf dig,
Fastän galen, Orestes dock svor blott galenskap vara.

---

tius quam ad ipsa verba relatum putemus; sed non satis firma codicum auctoritate nititur. V. 9, 46, 60, 68 Cfr. Herm. l. l. II. p. 31—36.

V. 100. Hermannus (II. p. 40) lectione *tremor*, quam et Codd. et sensui repugnare dicit, rejecta, timor probat. Sed sensus certe *tremor* requirit; nam manifestum est hic non de animi perturbationibus agi, sed de corpore hominis ægri, quem, quum cibo gravatus in balneum descendisset, potantem subita occuparet febris. Tum *dentes crepantes, labra diducta* sunt manifesta febris frigidæ seu *tremoris* signa.

FJERDE SATIREN.

"Du tar staten om hand!" Så tänk dig den skäggige lärarn
Yttra sig, den, på hvars lif görs slut af en gräselig giftdryck.
"Säg, i förtröstan hvarpå, du Perikles, den mäktiges, myndling?
Troligen har förstånd och förfarenhet kommit helt hastigt,
Förr än fjunen, hos dig; du vet att tala och tiga.
Om uppretad en gång folkhopen sjuder af vrede,

Digitized by Google

Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ
Majestate manus: quid deinde loquere? "Quirites,

Hoc puta, non justum est, illud male, rectius illud."
Scis etenim justum gemina suspendere lance
Ancipitis libræ, rectum discernis, ubi inter
Curva subit, vel quum fallit pede regula varo,
Et potis es nigrum vitio præfigere theta.
Quin tu igitur summa nequicquam pelle decorus

Ante diem blando caudam jactare popello
Desinis, Anticyras melior sorbere meracas!
Quæ tibi summa boni est? Uncta vixisse patella
Semper et assiduo curata cuticula sole.
Exspecta, haud aliud respondeat hæc anus. I nunc:
"Dinomaches ego sum", suffla, "sum candidus." Esto,

Dum ne deterius sapiat pannucia Baucis,
Quum bene discincto cantaverit ocima vernæ."
Ut nemo in sese tentat descendere, nemo;
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Quæsieris: "Nostin Vectidi prædia?" "Cujus?"
"Dives arat Curibus, quantum non milvus oberrat".
"Hunc ais?" "Hunc Dis iratis Genioque sinistro,

Qui, quandoque jugum pertusa ad compita figit,
Seriolæ veterem metuens deradere limum

Ingemit: Hoc bene sit! tunicatum cum sale mordens

Digitized by Google

Mod i bröstet du har, att den lågande massan till tystnad
Bringa med utsträckt hand. Hvad säger du sedan?
"Quiriter,
Detta är orätt, dåligt det der, det tredje är bättre."
Ty afväga det sanna uppå jemnsväfvande vågens
Dubbelskålar du kan, urskilja det rätta, om ock bland
Vrångt det har kommit, om haltande ock rättsnöret bedrager;
Dödsbokstafven förmår du också att teckna för lasten.
Nej, hör heldre nu upp, du, som fåfängt ett glänsande
skinn bär,
Att åt ett smekande folk i förtid hviska på svansen.
Bättre dig passar, att ren ta in Anticyras prustrot.
Hvad är höjden af godt för dig? Att kråset beständigt
Smörja, att gassa din kropp altjemt i skenet af solen.
Vänta, ej annat svar du får af gumman der. Gå nu,
Brösta dig: "Jag är Dinomaches son, jag är skön." Må
så vara,
Men traskäringen Baucis likväl ej sämre förstånd har,
När som örter hon högt utropar åt liderligt slaffolk."
Att ej en enda försöker att gå till sig sjelf, ej en enda!
Nej! den säck blott man ser, som på föregångarens
rygg fins.
Du nu frågar: "Vectidii gods du känner ju?" "Hvilkens?"
"Hans, som i Cures har fält, dem gladan ej mäter i flygten."
"Den?" "Just den, som är född med himlens och geniens
vrede,
Den, som, när han sitt ok upphänger i öppna kapellet,
Suckar, i det han med sorg från sitt krus det åldrade
hartset
Skrapar: Med gudarnes nåd, hinnskaliga lökar med
salt till

Digitized by Google

Cæpe et farratam pueris plaudentibus ollam

Pannosam fæcem morientis sorbet aceti."
At si unctus cesses et figas in cute solem,

Est prope te ignotus, cubito qui tangat et acre

Despuat: hi mores penemque arcanaque lumbi
Runcantem populo marcentes pandere vulvas!
Tu, quum maxillis balanatum gausape pectas,

Inguinibus quare detonsus gurgulio exstat?
Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant
Elixasque nates labefactent forcipe adunca,
Non tamen ista filix ullo mansuescit aratro.
Cædimus inque vicem præbemus crura sagittis:
Vivitur hoc pacto, sic novimus. Ilia subter
Cæcum vulum habes; sed lato balteus auro
Prætegit. Ut mavis da verba et decipe nervos,

Si potes! Egregium quum me vicinia dicat,

Non credam? Viso si palles, improbe, nummo,

Si facis in penem quicquid tibi venit amarum,
Si puteal multa cautus vibice flagellas,

Nequicquam populo bibulas donaveris aures.
Respue, quod non es, tollat sua munera cerdo:
Tecum habita: noris, quam sit tibi curta supellex.

Digitized by Google

Tuggar och pimplar — åt gröt då slafvarne klappa i händren —
Gammal och möglig drägg af vin, som till ättika surnat."
Men, om, med salfvor smord, du makligt dig sträcker i solen,
Står der en främling, som rör vid din arm och bespottar dig hånfullt:
Hvilken förnedring, att så utrota förborgade delars
Hår och gifva till pris åt folket förvissnade länder!
När du på kinden ditt skägg med balsam smörjer och kammar,
Hvarför hänger din blygd afrakad nere vid ljumsken?
Må fem slafvar också de trädgårdssängarna rensa,
Rycka med krokig tång på din stuss, uppmjukad i vatten,
Icke af någon plog kan det ogräset betvingas.
Hugg så åt andra vi ge, ge hugg igen på oss sjelfva.
Så man lefver, jag känner det väl. Dernere vid midjan
Har du ett hemligt sår, men det breda och gyllene bältet
Skyler det. Ja! förställ dig, bedrag din natur, som du tycker,
Om du förmår det. "Får jag ej tro, när förträfflig mitt grannskap
Nämner mig?" Dåre, om blek du blifver vid penningars åsyn,
Om du gör, hvad dig bjuds af din olycksaliga lusta,
Om du med hugg och slag, väl skyddad, kring Puteal rasar,
Fruktlöst lånar du då åt folket ett lyssnande öra.
Bort med hvad ej är ditt, ge pöbeln dess skänker tillbaka:
Blif hos dig sjelf; då ser du, hur otillräckligt ditt bo är.

Digitized by Google

V. 22. *Quum bene dise. cant. ocima vernæ* significare videtur: *Dum cantando venditat vernis dissolutis ocima h. e. herbas et eas fortasse, quæ venerem stimulent* (vide sis Plin. Hist. Nat. XIX. sect. 36 et XX. sect. 48. cit. a Perreau, quem ad hunc locum conferas). Casaub. *cant. ocima vernæ* interpretatur: dicere atque ingerere servulo opprobria et ea, quæ solent cantari, quum ocima seruntur h. e. maledicta, quod tamen ne longius sit petitum, veremur. Cf. Koenig ad h. l.

V. 27. *"Hunc ais?" "Hunc* etc. Distribuunt hæc inter colloquentes personas alii aliter; sed descriptionem avari certe erit melius ei tribuere,

SATIRA V.

Ad Annæum Cornutum.

Vatibus hic mos est centum sibi poscere voces,
Centum ora et linguas optare in carmina centum,
Fabula seu maesto ponatur hianda tragoedo,
Vulnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrum.

Quorsum hæc? Aut quantas robusti carminis offas
Ingeris, ut par sit centeno gutture niti?
Grande locuturi nebulas Helicone leguto,
Si quibus aut Procnes, aut si quibus olla Thyestæ
Fervebit sæpe insulso coenanda Glyconi.
Tu neque anhelanti, coquitur dum massa camino,
Folle premis ventos nec clauso murmure raucus
Nescio quid tecum grave cornicaris inepte,

Nec stloppo tumidas intendis rumpere buccas.

Verba togæ sequeris junctura callidus acri,
Ore teres modico, pallentes radere mores

Digitized by Google

qui de prædiis Vectidii interroget alterum nulla alia de causa, nisi ut de illo possit maledicere, quod jam vidit Perreau.

V. 31. *farratam pueris plaudentibus ollam* (sc raro visam). Accusativum collato loco Stat. Silv. I. 2. 146 defendit Herm. III. p. 18.

V. 49. *Si puteal* etc. Hæc, quæ aliquantum interpretibus præbuerunt difficultatis, optimum erit cum Casaubono de Nerone forum cum comitibus peragrante et obvios cædente (Cfr Suet. Nero 26 et Tac. Ann. XIII. 25) statuere esse dicta. Quæ sententia eo potissimum præferenda videtur, quod tota hac satira Neronem perstringi in aperto est.

FEMTE SATIREN.

Till Annæus Cornutus!

"Skalderna hafva för sed att önska sig hundrade röster,
Hundrade munnar jemväl och hundrade tungor till sången,
Om nu en pjes, för att af en tragöd framskrikas med pathos,
Quäds, eller Partherns sår, när han drar mordjernet
ur ljumsken."
Säg mig, hvartill? Hvad lägger du för dig för väldiga bitar
Af en så mäktig sång, att du hundrade halsar behöfver?
Hvilken som grannt vill skrifva, må moln på Helikon samla,
Om för honom Thyests, om Proknes gryta skall sjuda,
Denna så vanliga spis för den högst misslyckade Glycon.
Du ej med pustande bälg, när malmen sjuder i essjan,
Vind framtvingar, och ej hest mumlande, inne i munnen,
Pladdrar — hur löjligt ändå! — för dig sjelf högtrafvande ramsor,
Blåser ej kinderna upp, för att se'n dem med trummande spränga.
Ord du från forum tar och dem skickligt och träffande fogar,
Jemn och hofsam i ton, förfaren att gissla förstörda

Doctus et ingenuo culpam defigere ludo.
Hinc trahe, quæ dicas, mensasque relinque Mycenis
Cum capite et pedibus plebeiaque prandia noris.
Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis

Pagina turgescat dare pondus idonea fumo.
Secreti loquimur: tibi nunc hortante Camena
Excutienda damus præcordia, quantaque nostræ
Pars tua sit, Cornute, animæ tibi, dulcis amice,
Ostendisse juvat: pulsa dignoscere cautus,

Quid solidum crepet et pictæ tectoria linguæ.
His ego centenas ausim deposcere voces,
Ut, quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,

Voce traham pura totumque hoc verba resignent,
Quod latet arcana non enarrabile fibra.
Quum primum pavido custos mihi purpura cessit,
Bullaque succinctis Laribus donata pependit,
Quum blandi comites totaque impune Subura
Permisit sparsisse oculos jam candidus umbo,
Quumque iter ambiguum est et vitæ nescius error
Deducit trepidas ramosa in compita mentes,
Me tibi supposui. Teneros tu suscipis annos
Socratico, Cornute, sinu: tum fallere sollers
Apposita intortos extendit regula mores,
Et premitur ratione animus vincique laborat
Artificemque tuo ducit sub pollice vultum.
Tecum etenim longos memini consumere soles
Et tecum primas epulis decerpere noctes.
Unum opus et requiem pariter disponimus ambo

Digitized by Google

Seder, att fel nedgöra med skämt, godmodigt och värdigt.
Härifrån hämta dig stoff, och Myceniska borden med deras
Hufvud och fötter förlåt, på Plebejanrättningar smaka."
Icke min sträfvan är den, att min bok skall svälla af ordkram,
Liknande bubblor, förstå att vigt åt röken förläna.
För oss sjelfva vi tala; för dig, på befallning af Sångmön,
Öppnar jag hjertat, att du derin må skåda; hur mycken
Del du har i min själ, jag för dig, min dyre Cornutus,
Yppar med glädje; så klappa derpå, du, som skiljer så noga,
Hvad som har äkta klang och hvad som är rappadt i talet.
Dertill våga jag kan att hundrade röster begära,
Att, hur djupt jag är fästad vid dig i mitt innersta hjerta,
Fritt förkunna jag må, och att orden må lägga i dagen
Allt, hvad i hjertats djup sig outtalbart fördöljer.
När som purpurn en gång upphörde att vakta mig skygge,
Och min bulla var skänkt åt högt uppskörtade Larer.
När ett smickrande följe, en re'n hvitglänsande toga
Frihet mig gaf, att se mig omkring i hela Subura,
När ej vägen är vald, och irrande, utan att känna
Lifvet, till skiljevägen man förs tvehågsen i själen,
Då jag gaf mig till dig. Du, Cornutus, tager min ungdom
Upp i Sokratiskt sköt; rättsnöret krokiga seder
Rätar då ut, med konst omärkligt fogadt intill dem;
Sinnet förföljs af förnuftet och gör sin flit att besegras,
Och tar under din hand an drag, som vittna om konstnärn.
Ja! jag mins, att med dig jag hela dagar har tillbragt,
Och att vid bordet med dig jag i början af nätterna sutit.
Möda och hvila fördelade vi för begge gemensamt

Digitized by Google

Atque verecunda laxamus seria mensa.
Non equidem hoc dubites amborum foedere certo
Consentire dies et ab uno sidere duci:
Nostra vel æquali suspendit tempora Libra
Parca tenax veri, seu nata fidelibus hora
Dividit in Geminos concordia fata duorum,
Saturnumque gravem nostro Jove frangimus una:
Nescio quod, certe est, quod me tibi temperat astrum.
Mille hominum species et rerum discolor usus;
Velle suum cuique est nec voto vivitur uno.
Mercibus hic Italis mutat sub sole recenti
Rugosum piper et pallentis grana cumini;
Hic satur irriguo mavult turgescere somno;
Hic campo indulget; hunc alea decoquit; ille
In venerem putris: sed quum lapidosa chiragra
Fregerit articulos, veteris ramalia fagi,
Tunc crassos transisse dies lucemque palustrem
Et sibi jam seri vitam ingemuere relictam.
At te nocturnis juvat impallescere chartis;
Cultor enim juvenum purgatas inseris aures
Fruge Cleanthea. Petite hinc, puerique senesque,
Finem animo certum miserisque viatica canis!
Cras hoc fiet idem. Cras fiet! Quid quasi magnum?

Nempe diem donas. Sed, quum lux altera venit,

Jam cras hesternum consumpsimus; ecce aliud cras
Egerit hos annos et semper paullum erit ultra:
Nam, quamvis prope te, quamvis temone sub uno
Vertentem sese, frustra sectabere canthum,
Quum rota posterior curras et in axe secundo.

Digitized by Google

Och vid ett måttligt mål från arbetet slogo oss lösa.
Genom ett öde — derpå man ej tvifle — stämma för båda
Lefnadens dar öfverens, och en är den stjerna, oss leder:
Vare sig att vårt lif sannfärdiga Parcen på Vågens
Dubbelskålar har lagt, eller vänners födelsetimma
Delar på Tvillingars par samstämmande ödena, och vi
Begge med Jupiters hjelp den hätska Saturnus betvinga,
Oss en stjerna bestämdt, hvem den ock må vara, förenar.
Menskan är tusendefald och skiftande bruket af tingen;
Hvar har sin vilja och ej fins blott en önskan i verlden.
Denne i morgonens land för Italiska varor sig köper
Skrynklig peppar och korn af blekhet verkande kummin;
Denne med fuktande sömn vill mätt uppblåsa sig heldre;
En af fältet förnöjs; en annan på törningar störtas;
En för qvinnor är svag; men när den steniga gikten
Deras leder har knäckt, bokträdets, det åldrigas, grenar,
Då de sucka för sent, att i dimmigt töcken och kärrluft
Dagarne svunnit för dem, och att lifvet redan är borta.
Du har din fröjd i att läsa dig blek på skrifter om natten;
Ynglingar sköter ju du, och i deras rensade öron
Sår du Cleanthisk frukt. Här, gamle och unge, ett fast mål
Hämten för själen och här lifsmedel för tryckande gubbår!
"Detta i morgon kan ske." I morgon! "Är det då så mycket,
Att du en dag mig ger?" Men när morgondagen har kommit,
Är gårdagens i morgon förbi; ett annat i morgon
Åren förtär och blir helt litet framföre beständigt.
Ty framhjulet, fastän helt nära dig, fast det vid samma
Tistel sig svänger omkring, du förgäfves söker att hinna,
Om, som ett efterhjul, vid den sednare axeln du rullar.

Digitized by Google

Libertate opus est, non hac, ut, quisque Velina
Publius emeruit, scabiosum tesserula far
Possidet. Heu steriles veri, quibus una Quiritem
Vertigo facit! Hic Dama est non tressis agaso,

Vappa et lippus et in tenui farragine mendax.
Verterit hunc dominus, momento turbinis exit

Marcus Dama. Papæ! Marco spondente recusas
Credere tu nummos! Marco sub judice palles!
Marcus dixit, ita est. Assigna, Marce, tabellas!

Hæc mera libertas, hoc nobis pilea donant.
An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam
Cui licet, ut voluit? Licet, ut volo vivere: non sum

Liberior Bruto? Mendose colligis, inquit
Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto.
Hæc reliqua accipio; licet illud et ut volo tolle.

"Vindicta postquam meus a prætore recessi,

Cur mihi non liceat, jussit quodcunque voluntas,
Excepto si quid Masuri rubrica vetavit?"
Disce, sed ira cadat naso rugosaque sanna,

Dum veteres avias tibi de pulmone revello!
Non prætoris erat stultis dare tenuia rerum
Officia atque usum rapidæ permittere vitæ:
Sambucam citius caloni aptaveris alto.
Stat contra Ratio et secretam garrit in aurem,

Digitized by Google

Frihet behöfs, ej den, som åt hvarje Publius, hvilken
Tjent i Velina sin tid, skämdt mjöl tilldelar för taflan.
Ack, på sanning hur fattiga de, som tro att Quirit man
Blir af en sväng! Här är Dama, en dräng, två styfver
ej värd ens,
Högst oduglig och klen, oärlig med uslaste gröpe;
Vänds af sin herre han blott, i en handvändning der
framgår
Marcus Dama. Minsann! När Marcus är borgen, du vägrar
Väl ej ett lån? Du rädes väl ej, när Marcus dig dömer?
Marcus har sagt det, så är det. Besegla du akterna,
Marcus!
Detta är äkta frihet, och det oss mössorna skänka.
"Månne ej fri just den är, som får föra sin lefnad,
Såsom han vill? Som jag vill, jag får ju lefva; är
jag ej
Friare då än Brutus?" "Nej falskt du sluter", dig svarar
Stoikern här, som sköljt med bitande ättika örat.
"Resten må stå; som jag vill och jag får må för-
svinna!"
"Sedan från prætorn, i kraft af hans staf min egen, jag
bortgick,
Hvarföre skulle jag ej få göra, hvad hågen mig bjuder,
Undantagandes dock hvad Masuri lagar förneka?"
Hör, men från näsan må harm och spotska grimaser
försvinna,
Medan upp ur ditt bröst jag käringsagorna rycker!
Ej kan prætorn begrepp om lefnadens finare pligter
Skänka åt dårar och bruk dem ge af det hastiga lifvet:
Förr du en klumpig dräng kan få att spela på lyra.
Hemligt förnuftet, i strid härmed, inpräglar i örat,

Digitized by Google

Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.

Publica lex hominum naturaque continet hoc fas,

Ut teneat vetitos inscitia debilis actus.
Diluis helleborum certo compescere puncto
Nescius examen, vetat hoc natura medendi.
Navem si poscat sibi peronatus arator
Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse
Frontem de rebus. Tibi recto vivere talo
Ars dedit et veri speciem dignoscere calles,
Ne qua subærato mendosum tinniat auro?
Quæque sequenda forent, quæque evitanda vicissim
Illa prius creta, mox hæc carbone notasti?
Es modicus voti, presso lare, dulcis amicis,

Jam nunc astringas, jam nunc granaria laxes?
Inque luto fixum possis transcendere nummum,
Nec glutto sorbere salivam Mercurialem?
Hæc mea sunt, teneo, quum vere dixeris, esto

Liberque ac sapiens prætoribus ac Jove dextro.
Sin tu, quum fueris nostræ paullo ante farinæ,
Pelliculam veterem retines et fronte politus
Astutam vapido servas sub pectore vulpem,
Quæ dederam supra, relego funemque reduco.
Nil tibi concessit ratio, digitum exsere: peccas.
Et quid tam parvum est? Sed nullo thure litabis,
Hæreat in stultis brevis ut semuncia recti.
Hæc miscere nefas, nec, quum sis cetera fossor,
Tres tantum ad numeros Satyri moveare Bathylli.

Digitized by Google

Att man ej det får göra, som man, när man gör det, förfuskar.
Menniskors lag och naturn vid handen det stadgandet ge, att
Oförmåga må sky att göra, hvad den är förvägradt.
Blandar du prustrot, fast du ej vet vågtungan på rätta
Punkten att hejda, förbjuds af läkarekonstens natur det.
Om en stöfvelbeklädd landtbrukare, utan att känna
Lucifer, fordrar ett skepp, Melicerta skall ropa, att borta
Är all blygsel och skam. Har konsten på stadiga fötter
Lärt dig att stå, och kan du sken urskilja från sanning,
Att ej förgyllda kopparns klang, den falska, dig undgår?
Hvad man må eftersträfva, och hvad man åter skall undfly,
Har du med krita det förra, med kol det sednare utmärkt?
Är du i önskningar måttlig, så ock i din lefnad, mot vänner
God, och kan du din spannmålsbod än stänga, än öppna?
Kan ock öfver ett mynt, som ligger i smutsen, du klifva,
Hålla dig från att Mercurii spott upphämta i svalget?
När du med sanning kan säga: "jag kan det; detta mig tillhör",
Vare du fri och vis med Prætorns och Jupiters nåd då!
Om, när af samma deg, som vi, du nyligen varit,
Än du ditt gamla skinn har qvar och, i anletet präktig,
Gömmer en listig räf inom det förderfvade bröstet,
Tar jag igen, hvad nyss jag dig gaf, drar tåget tillbaka.
Intet förnuftet förunnat dig, sträck ut fingret: du felar.
Och hvad finnes så ringa? Men ej utverkas med något
Offer, att blott ett uns af det rätta hos dårar må finnas.
Sådant förenas ej kan, och, när du är annars en bondtölp,
Ej tre steg du en gång kan ta i Bathylli Satyrdans.

Digitized by Google

Liber ego. Unde datum hoc sentis, tot subdite rebus?

An dominum ignoras, nisi quem vindicta relaxat?
"I puer, et strigiles Crispini ad balnea defer!"
Si increpuit "cessas, nugator", servitium acre

Te nihil impellit, nec quicquam extrinsecus intrat,
Quod nervos agitet: sed, si intus et in jecore ægro

Nascuntur domini, qui tu impunitior exis,
Atque hic, quem ad strigiles scutica et metus egit herilis?

Mane piger stertis, surge, inquit Avaritia. Eia!
Surge! Negas, instat: surge, inquit. "Non queo." Surge.

"Et quid agam?" Rogitas? En saperdam advehe Ponto,

Castoreum, stuppas, ebenum, thus, lubrica Coa!
Tolle recens primus piper e sitiente camelo,
Verte aliquid, jura! "Sed Jupiter audiet." Eheu,

Varo, regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages, si vivere cum Jove tendis!

Jam pueris pellem succinctus et oenophorum aptas:
Ocius ad navem! Nihil obstat, quin trabe vasta

Aegæum rapias, nisi sollers Luxuria ante
Seductum moneat. Quo deinde, insane, ruis, quo?

Quid tibi vis? Calido sub pectore mascula bilis

Digitized by Google

"Fri är jag." Hvar får du väl det från, du slaf af så mycket?
Känns den herre du vid blott, från hvilken Prætorn befriar?
"Hör badskrapan, du slaf, bär ned till Crispiniska badet!"
Ryter man till: "Hur går det din lathund?", rör dig den hårda
Tjensten ej alls, och ej en kraft, som utifrån verkar,
Trådarne sätter i gång. Men om innerst i hjertat, som sjukt är,
Herrar hos dig stå upp, hur kommer du bättre från dessa,
Än den, som fruktan för herrn och piskan drifver till skrapan?
"Upp!" när på morgonen lat du snarkar, snålheten ropar.
"Upp!" Du vägrar. På nytt "upp!" går den på. "Jag förmår ej."
"Upp!" "Till hvad ända då?" "Frågar du det? För fisk ifrån Pontus,
Ebenholtz, bäfvergäll, lätt Cos-vin, rökelse, blånor!
Först från en törstig kamel aflasta den färskaste peppar,
Byt och bedrag, svär falskt!" "Men Jupiter hör det ju." "Stolle,
Håll då till godo i all din tid, att med tummen ditt saltkar
Borra och slicka det rent, om som Jupiters vän du skall lefva."
Resklädd slafvarna re'n du med vinkrus lastar och matsäck.
"Fort till skeppet!" Ej hinder det fins för att flyga på väldig
Köl på Aegiska sjön, om ej vällusten betänksam
Hemligt dig varnar förut. "Hvart rusar du, galning, hvarthän då?
Hvad har du för dig. Uti det glödande bröstet din galle

Digitized by Google

Intumuit, quam non exstinxerit urna cicutæ.

Tun mare transilias, tibi torta cannabe fulto
Coena sit in transtro, Vejentanumque rubellum

Exhalet vapida læsum pice sessilis obba?
Quid petis? Ut nummi, quos hic quincunce modesto

Nutrieras, peragant avidos sudore deunces?
"Indulge Genio, carpamus dulcia: nostrum est,

Quod vivis: cinis et manes et fabula fies.
Vive memor leti: fugit hora, hoc quod loquor, inde est.

En quid agis? Duplici in diversum scinderis hamo:
Huncine an hunc sequeris? Subeas alternus oportet
Ancipiti obsequio dominos, alternus oberres.
Nec tu, quum obstiteris semel instantique negaris
Parere imperio, rupi jam vincula dicas:
Nam et luctata canis nodum abripit; ast tamen illi,
Quum fugit, a collo trahitur pars longa catenæ.
"Dave, cito, hoc credas, jubeo, finire dolores

Præteritos meditor" — crudum Chærestratus unguem
Abrodens ait hæc. "An siccis dedecus obstem
Cognatis, an rem patriam rumore sinistro

Limen ad obscoenum frangam, dum Chrysidis udas

Ebrius ante fores exstincta cum face canto?"
"Euge, puer, sapias, dis depellentibus agnam

Digitized by Google

Kraftig har svällt, så att ej den qväfs af ett embare
sprängört.
Skall du fara på sjön, skall, på hamptåg liggande, du väl
Spisa på roddarbänk, skall ur kaggen, som står för sig
sjelf, der
Osa åt dig rödt vin från Veji, förderfvadt af skämdt hartz?
Hvad är ditt mål? Att ditt kapital, som förut du har
närt med
Fem procent, må med svett inbringa dig helaste elfva.
Egna åt glädjen din dag och njut af dess fröjder; ty
mitt är
Lifvet, och snart skall du bli blott stoft, en skugga, en saga.
Tänk på döden! Din tid flyr snabbt: hvad jag talt, är
ifrån den."
Nå hvad gör du? Du rycks af dubbelkroken åt två håll.
Hvilken du följer också, två herrar måste du ömsom
Lyda i skiftande tjenst och ömsom gå till dem begge.
Säg ej, om ock en gång du trotsat och vägrat att lyda
Pockande herrskarebudet: "Nu har jag brutit min boja."
Ty ock hunden med våld afsliter sitt band, men i flykten
Släpar vid halsen likväl ett väldigt stycke af kedjan.
"Davus — jag säger dig, tro det," — snart jag tänker
mitt fordna
Lidande sluta" så hörs Chærestratus säga, i det han
Gnager sin nagel till roten. "Skall än jag lefva, en nesa
För min stadiga slägt, skall mitt arf jag förstöra vid
denna
Lastens tröskel, till mehn för mitt rykte, när rusig, med
facklan
Släckt, jag sjunger framför min Chrysis fugtiga dörrar?"
"Bra min son, var förståndig! Ett får åt räddande gudar

Digitized by Google

Percute!" "Sed, censen, plorabit, Dave, relicta?"

"Nugaris: solea puer objurgabere rubra.
Ne trepidare velis atque arctos rodere casses:

Nunc ferus et violens, at, si vocet, haud mora dicas:

Quidnam igitur faciam? Ne nunc, quum arcessor et ultro

Supplicet, accedam? Si totus et integer illinc

Exieris, nec nunc: "hic, hic quem quærimus, hic est,
Non in festuca, lictor quam jactat ineptus.
Jus habet ille sui palpo, quem ducit hiantem
Cretata ambitio? Vigila et cicer ingere large
Rixanti populo, nostra ut Floralia possint
Aprici meminisse senes. Quid pulchrius? At quum
Herodis venere dies, unctaque fenestra
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ
Portantes violas, rubrumque amplexa catinum
Cauda natat thynni, tumet alba fidelia vino,

Labra moves tacitus recutitaque Sabbatha palles.
Tum nigri Lemures ovoque pericula rupto,
Tum grandes Galli et cum sistro lusca sacerdos
Incussere deos inflantes corpora, si non
Prædictum ter mane caput gustaveris alli.
Dixeris hæc inter varicosos centuriones,
Continuo crassum ridet Fulfennius ingens
Et centum Græcos curto centusse licetur.

Digitized by Google

Slagta!" "Men rör du, att hon, så förskjuten, skall gråta,
min Davus?"
"Skämtar du, yngling? Du får af den röda toffeln din aga.
Spring ej i ängslan omkring och gnag ej det nät, som
dig stänger!
Nu är du trotsig och djerf, men ropar hon, svarar du
genast:
Hvad är att göra altså? Skall ej nu jag komma en
gång, när
Sjelf hon mig kallar och ber? Om du hel och hållen
från henne
Kommit, ej nu en gång." Här, här fins det, som vi söka,
Icke i frihetsstafven, som svängs af den fåfänga lictorn.
Är den krypande narr sin egen, som, gapande, leds af
Hvitklädt embetsbegär? Pass på, bland det grälande folket
Ärter kasta i mängd, för att gubbar, som sola sig, måtte
Komma ihåg vår Floraliefest. Hvad ljufvare finnes?
Men då Herodis dag är när och i oljiga fönstret
Lampor, ställda i rad, tjock rök ge från sig, behängda
Med violer, när fattande om rödaktiga fatet
Simmar en thonfiskstjert, och ett glänsande krus är af
vin fullt,
Rör du läpparne tyst och bäfvar för Judarnes sabbath.
Svarta spöken du ser då och faror af ägg som ha brustit,
Phrygiska prester då samt skelögda prestinnan med sistrum
Skicka dig gudar uppå, som svullnader gifva, om ej på
Morgonen, som du befalts, tre gånger du äter en hvitlök.
Säger du sådant ibland krampådriga centurioner,
Straxt den tjocke Fulfennius hörs uppgifva ett flatskratt,
Och till hundrade ass knappt hundrade Greker värdera.

Digitized by Google

V. 4. ***vulnera Parthi*** passive, ut aiunt, videtur accipiendum. Hanc enim sententiam similis locus ***Horat.*** (Sat. II. 1. 15) commendat, nec altera loco ***Prop.*** (IV, 8. 43) defenditur, quum lectio hujus loci sit corrupta; cfr. Perreau ad h. l.

V. 19. ***bullatis*** legimus ex sententia Herm. I. p. 29. sqq.

V. 32, 33. Nobis verba illa ***blandi comites*** ad ***permisit*** videntur referenda, ut ita sententia procedat: Quum blandus comitatus candidusque umbo (de conj. ***que*** insolito loco posita adeas prooemium hujus diss. p. 10) permiserunt oculos tota spargere Subura ... ***Blandi*** autem ***comites*** sunt assentatores, qui in amicitiam nobilis adolescentis se insinuare conabantur ideoque facile ei permittebant, ut Suburam inviseret, a qua re pædagogi severi (quibus ***blandi*** illi opponuntur) prætextatum antea impedierant.

V. 73—78. In hoc loco difficillimo Herrmannum, cujus præclara est his de versibus disputatio II. p. 49, 50, secuti sumus. Interpretatur autem ille ita: "Non ita comparatam libertatem dico, ut nunc videmus cuilibet homini, qui tribui civium adscriptus sit, hoc ipso titulo, postquam civili-

---

SATIRA IV.

Ad Cæsium Bassum.

Admovit jam bruma foco te, Basse, Sabino?
Jamne lyra et tetrico vivunt tibi pectine chordæ,
Mire opifex numeris veterum primordia vocum
Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ,
Mox juvenes agitare jocos et pollice honesto
Egregius lusisse senex? Mihi nunc Ligus ora
Intepet, hibernatque meum mare, qua latus ingens
Dant scopuli et multa litus se valle receptat.
"Lunai portum est operæ cognoscere, cives!"
Cor jubet hoc Enni, postquam destertuit esse
Mæonides, Quintus pavone ex Pythagoreo.
Hic ego securus vulgi et, quid præparet Auster

bus officiis satisfecit, legitimum ad largitiones principum et vitæ quotidianæ solatia aditum patere."

V. 134, 139. Cfr. Herm. II. 55. sqq.

V. 149, 150. Lectio *peragant sudore* explicatione Scholiastæ: "an ut pecunia, quæ tibi quincunces verecunde præstitit, cum periculo deunces præstet" aperte commendatur, quumque ille diserte verbo *peragere* vim *præstandi* subjiciat, non opus est conjectura Hermanni (II. p 59), qui *avidi sudore* legens *peragere* explicat *frangere, perdere*, quo ea efficitur sententia, ut mercator, dum pro modicis quincuncibus expetat deunces, postremo spe deceptus omnem usurum amittat tantisque laboribus et periculis sola damna lucretur. Dicit absonum videri, si sollers luxuria hominem ipsa lucri mentione a laboribus pro eo subeundis deterreret; quod tamen non ita absonum erit, si ita hæc intelligemus, ut luxuriam statuamus commemoratis periculis omnibus et laboribus postremo, nihil ex iis rediturum emolumenti dicere, nisi fructum majorem pecuniæ, quem quidem non tanti esse æstimandum, ut ob eum tam graves subeantur labores.

SJETTE SATIREN.

Till Cæsius Bassus!

Har re'n vintern dig bragt till Sabiniska härden, o Bassus?
Väcker du lyran till lif med en allvar älskande stråke,
Du, som så mästerligt kan slå an grundtoner från fordom
Samt den manliga klang, som hörs från Latinarelyran,
Och, fast gubbe, förstår dig på ynglingaskämt och en ädelt
Lekande sång? Jag värmer mig nu på Liguriska kusten;
Framför mig hafvet häfs af vinterstormar, der klippmurn
Reser sig hög, och en djup bugt inåt bildas af stranden.
"Mödan det lönar att se, medborgare, hamnen vid Luna."
Så bjöd Ennii själ, när han snarkat ut sin Homerus
Och en Quintus var blifven igen från Pythagoras fågel.
Här folkmassan jag bryr mig ej om, ej hvad Sunnan,
för hjorden

Digitized by Google

Infelix pecori, securus et, angulus ille

Vicini nostro quia pinguior — et si adeo omnes
Ditescant orti pejoribus, usque recusem
Curvus ob id minui senio aut coenare sine uncto
Et signum in vapida naso tetigisse lagena.
Discrepet his alius: geminos, horoscope, varo
Producis Genio. Solis natalibus est, qui

Tingat olus siccum muria vafer in calice empta,
Ipse sacrum irrorans patinæ piper; hic bona dente
Grandia magnaminus peragit puer. Utar ego, utar,

Nec rhombos ideo libertis ponere lautus,
Nec tenuem sollers turdarum nosse salivam.
Messe tenus propria vive et granaria, fas est,

Emole! Quid metuis? Occa, et seges altera in herba est.

Ast vocat officium: trabe rupta Bruttia saxa

Prendit amicus inops remque omnem surdaque vota
Condidit Ionio: jacet ipse in litore et una
Ingentes de puppe dei, jamque obvia mergis
Costa ratis laceræ. Nunc et de cespite vivo
Frange aliquid, largire inopi, ne pictus oberret
Coerulea in tabula! Sed coenam funeris heres

Negliget iratus, quod rem curtaveris; urnæ

Ossa inodora dabit, seu spirent cinnama surdum,

Digitized by Google

Skadlig, har för sig, och bryr mig ej om, att min granne
en jordlapp,
Fetare äger än min — ja, om alla, som stamma ur hopen,
Samla sig rikedom, skall aldrig jag derföre blifva
Sjuk och förtäras af harm, eller lefva på klenare kost och
Lägga min näsa intill den skämda flaskans försegling.
Andra ej tänka som jag; du alstrar ju, födelsestjerna,
Tvillingar, skilda till håg. Torrt grönt på sin födelse-
dag blott
En neddoppar i sås, som han sparsam köpt i en flaska,
Droppande sjelf på sitt fat oskattbar peppar; en annan,
Präktig, på väldiga gods gör ända med gommen. Jag
njuter,
Njuter, men bjuder dock ej frigifna på butta, så yppig,
Kan trasthonornas finare smak ej, som kännare, finna.
Allt hvad jorden dig ger, lef upp, och förbruka din
spannmål!
Lofligt det är. Hvad fruktar du? Plöj, och i brodd
är en ny skörd.
Pligten dig kallar likväl: skeppsbruten vid Bruttiums
klippor
Hänger en vän sig fast; allt sitt och fåfänga böner
Har i Joniens haf han lemnat. På stranden han sjelf med
Akterns väldiga gudar bredvid ses ligga, och vraket
Drifver på måsarnes stråt. Från sjelfva grunden nu något
Tag och skänk åt den arme, att ej han, målad på blåa
Taflan, må irra omkring! Men din arfving försummar
ditt graföl
Vred, för det du, hvad du ägt, har förminskat; stoftet
åt urnan
Vällustlöst han förtror, och frågar ej efter, om svagt der

Seu ceraso peccent casiæ, nescire paratus.
Hæc cinere ulterior metuas? Et Bestius urget
Doctores Grajos: Ita fit, postquam sapere urbi
Cum piper et palmis venit nostrum hoc maris expers;
Foenisecæ crasso vitiarunt unguine pultes.
Tune bona incolumis minuas? At tu, meus heres
Quisquis eris, paullum a turba seductior audi!

O bone, num ignoras, missa est a Cæsare laurus

Insignem ob cladem Germanæ pubis et aris
Frigidus excutitur cinis et jam postibus arma,
Jam chlamydes regum, jam lutea gausapa captis
Essedaque ingentesque locat Cæsonia Rhenos.
Dis igitur Genioque ducis centum paria ob res
Egregie gestas induco. Quis vetat? Aude!

Væ, nisi connives! Oleum artocreasque popello
Largior. An prohibes? Dic clare! Non adeo, inquis,
Exossatus ager juxta est. Age, si mihi nulla
Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis
Nulla manet patrui, sterilis matertera vixit,

Deque avia nihilum superest, accedo Bovillas
Clivumque ad Virbi: præsto est mihi Manius heres.
"Progenies terræ!" Quære ex me, quis mihi quartus

Sit pater, haud prompte, dicam tamen, adde etiam unum,

Unum etiam — terræ est jam filius et mihi ritu

Digitized by Google

Doftar kaneln, om med körsbärsbark förfalskad är Casian.
Fruktar du sådant bortom din graf. Hör, Bestius häcklar
Grekiske vise: Så går det, sedan med peppar och dadlar
In till staden den kom, vår så omanliga vishet;
Skördemännen sin gröt uppblanda med kosteligt fett nu.
Skall du din egendom då få ostraffad förminska?
Du, som min arfving skall bli, afsides från hopen mig hör nu!
Kejsarn ett lagradt bref — min vän, du vet väl det? — skickat,
För det Germanernas här med ära han slagit, och redan
Sopas från altarne bort den kallnade askan, tropheer,
Mantlar åt kungarne re'n, åt fångarne ljusa peruker,
Vagnar och bilder af väldiga Rhen Cæsonia tingar.
Hundrade fäktarepar nu för segern åt Gudarne och åt
Herrskarens genius ställer jag upp. Hvem förhindrar mig? Våga!
Ve, om du ej ger med dig! Pastejer och olja bland folket
Delar jag ut. Förbjuder du det! Säg ut då! Så stenfri
Är ej åkern bredvid, du svarar. Välan då, om ingen
Faster i lifvet jag har, om ingen cusin, ej ett sonbarn
Fins af min farbrors son, om min moster ej någonsin barnägt,
Och min farmor gått ur verlden, jag går till Bovillæ
Och till Virbii höjd; der skall Manius blifva min arfving.
"En vanbördingl" Var god, och fråg amig, hvilken min farfars
Farfar var; jag skall säga dig det, men ej genast dock. Tillägg
En och så en! Vanbörding är han. Så, enligt mitt slägtträd,

Digitized by Google

Manius hic generis prope major avunculus exit.
Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis?
Sum tibi Mercurius, venio deus huc ego, ut ille
Pingitur. An renuis? Vin tu gaudere relictis?
"Deest aliquid summæ." Minui mihi, sed tibi totum est,

Quicquid id est: ubi sit, fuge quærere, quod mihi quondam

Legarat Tadius, neu dicta repone paterna:
Foenoris accedat merces: hinc exime sumptus.
"Quid reliquum est?" Reliquum? Nunc, nunc impensius unge,

Unge, puer, caules! Mihi festa luce coquatur
Urtica et fissa fumosum sinciput aure,

Ut tuus iste nepos olim satur anseris extis,

Quùm morosa vago singultiet inguine vena,
Patriciæ immeiat vulvæ? Mihi trama figuræ

Sit reliqua, ast illi tremat omento popa venter?

Vende animam lucro, mercare atque excute sollers

Omne latus mundi, nec sit præstantior alter
Cappadocas rigida pingues plausisse catasta.
Rem duplica! Feci: jam triplex, jam mihi quarto,
Jam decies redit in rugam: depinge, ubi sistam.

Inventus Chrysippe tui finitor acervi!

Denne Manius blir på sitt sätt en bror till min stamfar.
Du, som är före mig, säg, hvi begär du min fackla i loppet?
Jag din Mercurius är; som han afbildas, som Gud jag
Kommer. Säger du nej? Vill ej du med resten dig nöja?
"Något dock felas i summan." Ja, mitt är förminskadt;
hvad du får,
Det är ett helt. Ej bör du mig fråga, hvar det är,
som fordom
Jag af Tadius fick, ej tala mig till, som en fader:
"Räntorna komma ju till capitalet, på dem skall du lefva."
"Hvad är nu qvar?" Hvad qvar? Min slaf, nu, nu
skall du smörja,
Smörja än mer min sallad. På en festdag jag skall då koka
Nässlor åt mig och ett rökt svinhufvud, hvars öra är
borradt,
För att din sonson en gång, när utaf gåslefver han
mätt är,
Och af förnämt begär i ljumsken ådrorna spritta,
I en patricias famn må ligga? Skall jag väl ha
qvar blott
Ben och skinn, men hans buk, som en slagtares, skälfva,
af ister?
Sälj för pengar din själ, var köpman, res kring all
verldens
Kanter, driftig och slug, må på hårda ställningar ingen
Klappa med sådant konst Cappadociens frodiga slafvar.
Dubbla din egendom! Det är gjordt; tre, fyra, nu tio
Gånger den viker sig re'n. Sätt ut, hvarest jag skall
stanna!
Funnen då är en, som sätter en gräns för din hög, o
Chrysippus!

Digitized by Google

V. 3. ***Vet. primordia vocum.*** Hunc ad locum conferas Perreau, cujus quidem explicatio optima nobis videtur. Putat ille intelligi primordiis elementa totius musicæ atque hunc versum opponi insequenti agique de mira opificis varietate, qui antiquis Græcorum metris adjunxerit marem strepitum fidis Latinæ.

V. 6. ***Egregius lusisse senex.*** Hanc lectionem, quæ sola ex omnibus probabilem efficit sensum, dedit Herm. I. p. 7.

V. 37, 41. Ex suspicione Herm. (II. p. 61) hæc duo hemistichia ***Tune bon. inc. minuas?*** et ***Hæc cin. ult. metuas?*** transponenda sunt. Verba enim ***Hæc cin.*** etc. ad neglectum funus spectare est manifestum, illa autem ***Tune*** etc. cum iis, quæ sequuntur versu 41 ***At tu*** etc., quibus respondetur heredi avaro, qui illa interrogavit, conjungenda sunt.

V. 39. ***Maris expers*** haud parvam difficultatem præbuit interpretibus. Casaub. ***sapere mar. expers*** explicat: ***ἄῤῥενος οὐδὲν ἔχουσα, effeminata sapientia***, alteramque etiam subjungit interpretationem, ut sit ***quod mare numquam est expertum***, dum putat ***expers*** posse significare et ***τὸ ἄπειρον*** et ***τὸ ἐμπειρον***, quod ut probet, profert alia vocabula, quæ affirment idem et negent, ***egelidus***, ***infractus*** alia. Non a similitudine veri videtur abhorrere, Persium ad exemplum Hor. Sat. II. 8. 15, ut ambigue diceret, vocabula illa ***maris expers*** conjunxisse, quum utrumque in geminum sensum posset accipi, ipsum autem ***maris expers*** pro effeminato accepisse. Anceps autem illa notio quum Suethice non possit reddi, convertimus: ***omanlig.*** Turnebus ***nostrum h. m. exp.*** a præcedentibus separat, explicatque: nostra disciplina coepit contemni ut cismarina, non ut Græca transmarina; non malo quidem sed coacto de sententia Casaub. sensu.

V. 46, 47. ***Gausape:*** "genus pilei, quo captivorum capita induebantur" (Schol.); ex quo suspicari licet gausapis significari capillamenta, quæ rutilas Germanorum comas imitarentur. Cfr. Tac. Vit. Agr. 39. "emptis per commercia, quorum habitus et crines in captivorum speciem formarentur." Koenigio, qui primus hanc attulit explicationem, assensi sunt Perreau et Duentzer. Jam vero de ***ingentibus Rhenis*** est dicendum, quibus Cas. intelligi vult Rhenanos homines; Koenig. autem suspicatur esse varias imagines fluminis Rheni, quibus diversa ejus ostia essent expressa, quæque in triumpho circa victoris currum ducerentur; cui quidem eo libentius assentimur, quod hic de ***rebus*** tantum ad triumphum necessariis, quas Cæsonia Romæ comparavit, agitur, non vero de hominibus vel captivis, quos Caligulam ipsum in Gallia legisse narrat Suetonius (Calig. 47).

V. 51, 52. Hic, ut saepe alias, Hermannum secuti sumus, qui II. p. 62. sqq. hanc fere proponit explicationem: non adeo vicinus ager est exossatus, (lapidibus vacuus; lapides enim sunt ossa terræ) ut, si, quæ sentiam, eloqui audeam largitionemque prohibere, a populo, lapidibus ex illo petitis, obrui non possim. Ita etiam cum sequentibus hæc convenient.

Digitized by Google

Respondet enim heredi poëta, iratus, quod ob metum solum largitionem non prohiberet, se ad alium posse bona transferre.

V. 55. *De avia nihil superest* explicat Georgius (in Lexico ad voc. *avia*): nihil superest de re familiari ab avia hereditate accepta, quod tamen non esse probandum ex eo intelligitur, quod hic de cognatis agnatisque ipsis, non de bonis eorum agitur. Significat solum: *cinis est avia, e vita excessit*,

V. 61. Metaphora a ludo Atheniensium sumta, in quo primus facem tollebat, deinde sequenti tradebat, secundus tertio et sic deinceps, omnino nihil aliud fortasse significat nisi: Ne ante tempus (*qui prior es*), vivo me, hereditatem expetas.

V. 66, 67. Interpunximus: *neu dicta repone paterna: foenoris* etc. auctore Casaubono, testante patrum esse has ad filios voces. Si, id quod fecit Duentzer, hæc heredem dicere statuerimus, non commode verba *quid reliquum est* eidem poterimus tribuere. Sin autem Casaubonum sequimur, illa aptissime heredi tribuuntur, quippe qui nullis motus rationibus eadem semper repetat: "Minuetur res tua."

V. 77. *plausisse* significat: "palpo percutere, plana manu ferire, id quod videntur fecisse mangones ad ostentandam εὐεξίαν et bene curatam cutem mancipiorum suorum." (Verba sunt Casauboni ad h. l.).

CORRIGENDA.

P. 1 v. 3 inf. leg. umgearbeitete Ausgabe der Latein. Schulgramm. von Grotefend etc.
— 4 — 14 sup. — decessitque anno ætatis
— 5 — 3 inf. — veræ
— 6 — 5 sup. Quum artifex a multis pro Adjectivo, cui Substantiva tributa sit significatio habeatur, relicta hac quæstione id tantum hic monemus passivo sensu h. l. esse positum hoc vocabulum.
— — — 10—12 sup. leg. Adjectivorum neutra pro Substant. posita cum Attributis conjunxit I. 107., II. 74., III. 33, 34; pro Adverb. posuit I. 90, III. 17, IV. 34, V. 106, 190, VI. 35.
— — — 13 sup. adde V. 61 (*seri*)
— — — 17 — leg. I. 123, III. 28, 29.
— — — 8 inf. — usurpasse
— 7 —12 sup. add IV. 37, 38.
— — — 16 — post 89 add. 102.
— 8 — 2 add. Cfr. præterea III. 42, V. 127, ubi verba *dicat*, *increpuit* non ad certum referuntur subjectum.

Digitized by Google

P. 8 v. 11 sup. add. ante V: IV. 48, post V: 61.
— — — 14 — Qui VI. 76 reperitur Conj. melius pro Prohibitivo habetur, quum ante reperiantur Imp. illi *vende, mercare, exeute.*
— — — 12 inf. add. post 146—8: 163 sqq.
— — — 10 — Fortasse Conj. ille *dececat* significat poëtam hic omisso directo interrogandi modo in indirectum rapi.
— 9 — 2 sup. add. Cfr. præterea de conj. *quum* V. 72, 122, 172.
— — — 7 — leg. V. 16, 20, 24, 37, 101, 139.
— — — 9 — add. VI. 3.
— — — 10 — add. VI. 38.
— — — 17 — leg. IV. 7, 17. V. 24, 33. VI. 4, 6, 17, 77.
— 10 — 10 — add. II. 23. IV. 47.
— — — 15 — add. II. 55.
— 12 — 5 — post. *Pirenen* del. punctum.
— — — 9 — — *χαῖρε* — —
— — — 5 inf. — *miserabile* add. punctum.
— 13 — 8 — — *verlden* add. signum exclamandi.
— — — 3 — — *Labeo* — — interrogandi.
— 14 — 4 sup. leg. *ignoscite. "Nolo."*
— — — 14 — post. *versu* add. punctum.
— — — 4 inf. — *palato* — —
— 15 — 5 sup. — *mjelte* add. punctum
— — — 9 — — *du* et *sardonyx* add. comm.
— — — 16 inf. — *ber* add. colon.
— — — 12 — — *vet det* add. sign. exclam.
— — — 9 — — *utantill* add. sign. interr.
— 16 — 11 sup. leg. *totum:*
— — — — inf. — *dicam?* et *calve*
— — — 10 — — *pinguis*
— 17 — 13 sup. post. *i sig* add. sign. interr.
ultimo — *måttar* add. colon.
— 18 — 7 inf. — *ceves* add. sign. interr.
— — — 5 — — *quum* del. comma.
— 19 — 16 — — *nesa* add. comma.
— — — 13 — leg. *ljumma: "rätt artigt.*
— — — 10 — post. pr. *skönt* add. sign. exclam.
— 21 — 2 sup. leg. *genom, — delphinen*
— — — 11 inf. post. *se till* add. comma.
— — — 7 — leg. *göre!"*
— 22 — primo post. *Nusquam* add. punctum
— 23 — 10 — — *den* add. comm.
— — — 16 — — *sköka* add. comm.
— — — 13 inf. leg. *procedet; quum*
— — — 12 — — *attendant*
— 24 — 3 — — *oportere lectionem,*.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google